dicit ei. Si scires donū dei·⁊ q̄s
est qui dicit tibi: da michi bibe=
re·tu forsitan petisses ab eo·et
dedisset tibi aquā viuam. Di=
cit ei mulier. Dn̄e neq; in quo
haurias habes: ⁊ puteus altus
est? Unde ergo habes aquā vi
uā? Nunquid tu maior es pr̄e
nr̄o iacob q̄ dedit nob̄ puteum
istum·⁊ ip̄e ex eo bibit ⁊ filij ei⁹
⁊ pecora ei⁹? Rn̄dit ei ih̄us ⁊ di=
xit. Om̄is qui biberit ex aqua
hac siciet iterū. Qui aūt bibe=
rit ex aqua quā ego dabo ei·nō
siciet in eternū·sed aqua quā
ego dabo ei: fiet ī eo fons aque
salientis in vitam eternam.
Dicit ei mulier. Dn̄e: da michi
hanc aquam·ut nō siciā neq;
veniā huc haurire. Dicit ei ihe
sus. Uade voca virū tuū ⁊ ve=
ni huc cū eo. Rn̄dit mulier et
dixit. Non habeo virū. Dicit ei
ihesus. Bene dixisti·q2 nō ha=
beo virū·quinq; enī viros habu
isti·et nūc quē habes non est tu
us vir. Hoc vere dixisti. Dicit
ei mulier·Dn̄e: video quia pro
pheta es tu. Pr̄es nr̄i in mon=
te hoc adorauerūt·et vos dici
tis q2 iherosolimis est locus·
vbi adorare oportet. Dicit ei
ihesus. Mulier crede michi·q2
veniet hora quando neq; ī mō
te hoc·neq; in iherosolimis a=
dorabitis patrē. Uos adoratis
quod nescitis·nos adoramus
qd̄ scim⁹·q2 salus ex iudeis est.
Sed venit hora et nūc est·qn̄
veri adoratores adorabūt pa=
trem in sp̄u ⁊ veritate. Nam ⁊
pater tales querit q̄ adorēt eū
in spiritu. Sp̄us est de⁹·⁊ eos q̄
adorāt eū in sp̄u ⁊ veritate opor
tet adorare Dicit ei mulier Scio
quia messias venit qui dicitur
xp̄us. Cū ergo venerit ille no=
bis annunciabit om̄ia. Dicit
ei ih̄us Ego sum qui loquor te
cum. Et continuo venerūt dis=
cipuli ei⁹·et mirabātur q2 cum
muliere loquebatur. Nemo ta
men dixit ei. Quid queris aut
quid loqueris cū ea? Reliq̄t er
go ydriā suam mulier·et abijt
in ciuitatem·et dicit illis hoīb3
Uenite ⁊ videte hoīem qui di=
xit michi oīa quecūq; feci. Nū=
qd ip̄e est xp̄s? Exierūt de ciui=
tate et venerūt ad eū. Interea
rogabāt eū discipuli ei⁹ dicen
tes. Rabbi mādica. Ille āt di
xit eis. Ego cibū habeo mādu
care: quem vos nescitis. Dice=
bāt ergo discipuli ad inuicem.
Nunquid attulit ei aliq̄s mā=
ducare? Dicit eis ihesus. Me⁹

cibus est: ut faciam voluntatē
eiꝰ qui misit me ⁊ pficiā opus
eius. Nōne vos dicitis q̄ ad-
huc quatuor mēses sūt ⁊ mes-
sis venit? Ecce dico vobis. Le
uate oculos vr̄os et videte re-
giōes q̄ albe sūt iā ad messem
Et qui metit mercedē accipit.
⁊ ꝯgregat fructū i vitā eternā
ut et qui seminat simul gaude
at: et qui metit. In hoc enī est
verbū verum. q̄ alius est qui
seminat. et aliꝰ qui metit Ego
misi vos metere qđ vos non
laborastis. Alij laborauerunt ⁊
vos in labores eorū introistis
Ex ciuitate aūt illa multi cre-
diderūt in eū samaritanorum
ꝓpter mulieris testimoniū phi
bētis. q̄ dixit michi oīa q̄cū-
q̄ feci. Cū venissent ergo ad il
lū samaritani. rogauerūt illū
ut ibi maneret. et māsit ibi du
os dies. Et multo plures cre-
diderūt propter sermonē eius
et mulieri dicebant Quia iam
nō propter tuā loquelam cre-
dimus. Ipi enī audiuimꝰ ⁊ sci
mꝰ q̄ hic ē vere saluator mūdi.
Intende voci orationis Offer.
mee rex meꝰ et deꝰ meus qm̄ ad te o-
Respice Secr. rabo domine.
dn̄e, ꝓpiciꝰ ad mūera q̄ sacramꝰ
ut et tibi grata sint. ⁊ nobis sa
lutaria semp existāt. P. Com.
Qui biberit aquā quā ego do dicit
dn̄s samaritane fiet in eo fōs aque

salientis in vitā eternā. Complē.
Huiꝰ nos dn̄e perceptio sacra
menti mundet a crimine. ⁊ ad
celestia regna perducat. P. dn̄.
Presta qs̄ Sup populū.
oīps deus. ut qui in tua prote-
ctione ꝯfidimus. cūcta nob̄ ad
uersantia te adiuuante vinca
mus. P. Sabbato Introitꝰ.
Verba mea auribꝫ percipe
dn̄e intellige clamorē meū
intēde voci orōis mee. Ps.
Rex meꝰ ⁊ deꝰ meus qm̄ ad te orabo
Presta q̄s omps̄ Orō. dn̄e.
deus. ut qui se affligēdo
carne ab alimentis abstinent.
sectando iusticiā a culpa ieiu-
nēt. P. Lcō daniel ꝓphete. xiij
In diebꝫ illis. Erat vir in babi
lone et nomen eius ioachim.
et accepit vxorem noīe susan-
nā filiā helchie pulcrā nimis ⁊
timentē deū. Parentes āt illi-
us cum essent iusti. erudierunt
filiam suā scđm legem moysi.
Erat aūt ioachim diues valde
et erat ei pomeriū vicinum do
mui sue. Et ad ipm̄ cōfluebāt
iudei. eo q̄ esset honorabilior
omniū. Et constituti sūt duo
senes iudices in anno illo De
quibꝫ locutus est dn̄s. Quia e
gressa est iniquitas de babilo-
ne a senioribus iudicibus. qui
videban tur regere populū. Isti
frequentabant domū ioachim
et veniebant ad eos oēs qui

habebant iudicia. Cũ autẽ populus reuertisset post meridiẽ ingrediebatur susanna ꝛ deãbulabat in pomerio viri sui. Et videbant eã senes quotidie ingredientẽ ꝛ deambulãtẽ · ꝛ exarserunt in concupiscentiã ei9 Et euerterũt sensũ suũ: ꝛ declinauerũt oculos suos ut non viderẽt celũ · neqꝫ recordarẽtur iudicioꝝ iustoꝝ. Factũ est aũt cũ obseruarẽt diem aptũ quãdo eã possent inuenire solam: Ingressa est aliquãdo sicut heri et nudiustercius cũ duabus solis puellis · voluitqꝫ lauari in pomerio. Estus quippe erat et nõ erat ibi quisqꝫ preter duos senes abscõditos. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleũ et smigmata · et ostia pomerij claudite ut lauer. Cũ ãt egresse fuissent puelle · surrexerunt duo senes et accurrerũt ad eã et dixerũt. Ecce ostia pomerij clausa sunt · ꝛ nemo nos videt Quãobrem assentire nob ꝛ cõmiscere nobiscũ. Quod si nolueris · dicemus testimoniũ cõtra te · ꝙ tecũ fuerit iuuenis · et ob hãc causã emiseris puellas a te. Ingemuit susanna ꝛ ait. Angustie michi sunt vndiqꝫ Si enĩ hoc egero mors michi est. Si autẽ nõ egero · non effugiam man9 vr̃as. Sed melius est michi absqꝫ ope incidere manus vr̃as · ꝙꝫ peccare in conspectu dñi. Et exclamauit voce magna susanna. Exclamauerũt aũt et senes aduersus eã. Cũ ergo audissent clamorem in pomerio famuli domus · irruerunt per psticũ ut viderẽt quidnã esset. Postquã aũt senes locuti sunt eis · erubuerũt serui vehemẽter · quia nunꝗ̃ dictus fuerat sermo huiuscemodi de susanna. Et facta est dies crastina. Cũqꝫ venisset pp̃ls ad virũ ei9 ioachim venerũt et duo presbiteri pleni iniqua cogitatione aduersus susannã · ut interficerẽt eã Et dixerũt corã pp̃lo. Mittite ad susannã filiam helchie vxorẽ ioachim. Et statim miserũt ꝛ venit cũ pn̄tib et filijs ꝛ vniuersis cognatis suis. Flebant igit̃ sui ꝛ oẽs qui nouerãt eam Cõsurgentes aũt duo p̃sbiteri in medio pp̃li · posuerũt man9 sup caput eius. Que flens suspexit in celũ. Erat aũt cor ei9 fiduciã habens in dñ̃o Et dixerũt p̃sbiteri. Cũ deambularemus in pomerio soli · ingressa est hec cũ duab puellis · ꝛ clausit ostia pomerij ꝛ dimisit a se puellas. Venitqꝫ ad eã adolescens qui erat absconditus · et concubuit cũ ea. Porro nos cũ essemus in angulo pomerij · videntes iniquitatẽ · cucurrimus

ad eos: et vidimus eos pariter cōmisceri. Et illū quidē nequiuimus cōphendere: qꝛ fortior nobis erat: et apto ostio exsiluit. Hanc aūt cū apprehēdissemus: interrogauimus quisnā esset adolescens: et noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo q̄si senibus et iudicibus populi: et cōdempnauerūt eā ad mortem. Exclamauit aūt voce magna susanna et ait. Deus eterne q̄ absconditorū es cognitor qui nosti oīa anteq̄ fiant: tu scis q̄m falsū testimoniū tulerīt cōtra me: et ecce morior cū nichil mali fecerim horū que isti maliciose cōposuerūt aduersū me. Exaudiuit aūt dn̄s vocē eius. Cūq̄ duceretur ad mortē: suscitauit dn̄s spiritū pueri iunioris: cui nomen erat daniel: et exclamauit voce magna. Mundus ego sum a sanguine huius. Et cōuersus oīs pp̄lus ad eum dixit. Quis est iste sermo quē tu locutus es? Qui cū staret in medio eorū ait. Sic fatui filij isrl' nō iudicantes neq̄ qd̄ verū est cognoscentes: condēpnastis filiā isrl'. Reuertimī ad iudicium quia falsum testimoniū locuti sunt aduersus eam. Reuersus est igit̄ oīs pp̄lus cū festinatiōe. Et dixit ad eos daniel. Separate eos ab inuicem procul: et diiudicabo eos. Cū ergo diuisi essent alter ab altero: vocauitq̄ vnū de eis: Et dixit ad eū. Inueterate dierū malorū nūc venerūt peccata tua que opabaris prius iudicans iudicia iniusta: innocētes opprimēs et dimittens noxios: dicente dn̄o. Innocētem et iustum non interficies. Nūc ergo si vidisti eam dic sub qua arbore vidisti eos colloquentes sibi. Qui ait. Sub cyno. Dixit autem daniel. Recte mentitus es in caput tuū. Ecce enī āgelus dn̄i accepta sentētia ab eo scindet te mediū. Et amoto eo: iussit venire aliū: et dixit ei. Semen chanaan et nō iuda: species decepit te: et concupiscētia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus israhel: et ille timentes loquebantur vobis: sed non filia iuda sustinuit iniquitatē vestrā. Nunc ergo dic michi. Sub qua arbore comprehenderis eos colloquētes sibi. Qui ait. Sub prino. Dixit aūt ei daniel. Recte mentitus es et tu in caput tuū. Manet autē angelus domini gladium habens: ut secet te mediū et interficiat te. Exclamauit itaq̄ oīs cetus voce magna et benedixerūt deū: qui saluat sperātes in se. Et ꝯsurrexerūt aduersus duos presbiteros. Conuicerat

eni eos daniel ex ore suo falsū dixisse testimoniū. Fecerūt itaq3 eis sicut male egerāt aduersus p̄ximū suū· et interfecerūt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in illa die. Grad.

Si ambulē in medio umbre mortis nō timebo mala qm̄ tu mecum es dn̄e· v̄. Uirga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt.

In illo tp̄e. Scd̄m Johā· viij·

Perrexit ih̄us in montem oliueti et diluculo iterū venit ad templū. Et oīs populus venit ad eū· et sedens docebat eos. Adducūt aūt scribe et pharisei mulierē in adulterio dep̄rehensam· et statuerūt eam ī medio et dixerūt ei Magister: hec mulier modo dep̄hensa est in adulterio. In lege aūt moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare. Tu vero quid dicis? Hec āt dicebāt tēptātes eū· ut possent accusare eū. Jhesus āt inclinans se deorsum: digito scribebat in terra. Cū aūt p̄seuerarent interrogantes eum· erexit se et dixit eis. Qui sine peccato est vestrū· primus in illā mittat lapidem. Et iterū se inclinans: scribebat in terra. Audiētes āt eū· vn⁹ post vnū exibāt incipientes a seniorib3. Et remansit solus ih̄us· et mulier in medio stans. Erigens autē se ihesus dixit ei. Mulier vbi sunt qui te accusabāt? Nemo te cōdempnauit mulier? Que dixit. Nemo dn̄e. Dicit ei ih̄us Nec ego te condēpnabo. Uade ⁊ iā āplius noli peccare. Gr.

Gressus meos dirige dn̄e scd̄m eloquiū tuū ut nō dominetur mei oīs

Concede Secretū. iniusticia. quesum⁹ omp̄s deus ut huius sacrificij munus oblatū: fragilitatem nostram ab om̄i malo purget semp̄ ⁊ muniat. P.

Nemo te cōdempnauit Com. mulier nemo dn̄e nec ego te cōdempnabo iā ampli⁹ noli peccare. Cōpl.

Qm̄s op̄s deus· ut inter eius mēbra numeremur· cuius corpori cōmunicamus et sāguini. Pretende Sup populū. P. dn̄e fidelib3 tuis dexterā celestis auxilij· ut te toto corde perquirant· ⁊ que digne postulant cōsequi mereant̄. P. Dn̄ica· iiij·

Letare iherusalem et cōuētū facite om̄es qui diligitis eā gaudete cum leticia qui in tristicia fuistis ut exultetis et saciemini ab uberibus consolationis vestre. p̄s. Letatus sum in hijs que dicta sunt michi in domū domini ibimus. Oratio.

Cōcede qm̄s op̄s deus· ut q̄ ex merito nostre actionis affligimur· tue gr̄e consolatione respirem⁹. P dn̄m. Ad

Fratres. galathas· iiij·

Scriptū est· qm̄ abrahā

duos filios habuit. vnū de ancilla et vnū de libera. Sed qui de ancilla scd̄m carnē nat⁹ est. Qui aūt de libera p repromissionē que sunt p allegoriā dicta. Hec enī sūt duo testamenta. Vnū quidē in monte syna in seruitutē generans. que est agar. Syna enī mons est in arabia. qui coniūctus est ei que nūc est iherusalem. et seruit cū filijs suis. Illa aūt que sursū est iherusalē: libera est. que est mater nostra. Scriptū est enī. Letare sterilis que non paris. erūpe et clama que nō parturis. q2 multe filij deserte magis q̄z eius que habet virū. Nos āt fratres scd̄m ysaac pmissiōis filij sumus. Sed quomō tunc qui scd̄m carnem natus fuerat persequebatur eū qui scd̄m spiritū. ita et nūc. Sed quid dicit scriptura? Ecce ancillā et filiā eius. Non enī heres erit filius ancille cū filio libere. Itaqz fratres: iam non sumus ancille filij sed libere Qua libertate xp̄s nos liberauit. Grad.

Letatus sum in hijs q̄ dicta sūt michi in domū dn̄i ibimus. Fiat pax in virtute tua et habundantia in turribꝫ tuis. Tractus.

Qui confidūt in dn̄o sicut mons syon non ɔmouebitur in eternū qui habitat in iherusalem. ℣. Montes in circuitu ei⁹ ꝛ dn̄s in circuitu populi sui ex hoc nūc ꝛ vsqz in seculū.

Secundū Iohannem. vj.

In illo tp̄e. Abijt ih̄s trans mare galilee q̄d est tyberiadis Et sequebatur eū multitudo magna. q2 videbant signa que faciebat sup hijs qui infirmabātur Subijt ergo ih̄s in mōtem. et ibi sedebat cū discipulis suis. Erat autem proximū pasca dies festus iudeorū. Cū sublevasset ergo oculos ihesus. ꝛ vidisset q2 multitudo maxima venit ad eū. Dixit ad philippū Vnde ememus panes ut manducent hij? Hoc autē dicebat temptans eum. Ipse autem sciebat quid esset facturus. Respondit philippus ei. Ducentorum denariorum panes nō sufficiunt eis: ut vnusquisqz modicū quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius andreas frater symonis petri. Est puer vnus hic qui habet quīqz panes ordeaceos et duos pisces. Sed quid hec inter tantos? Dixit ergo ihesus. Facite homines discumbere. Erat aūt fenum multū in loco. Discubuerūt ergo viri numero q̄si quīqz milia. Accepit ergo ihesus panes. et cum gracias egisset distribuit discūbentibꝫ: Similiter et ex piscibꝫ quantū

57

volebāt. Ut autē impleti sunt dixit ihūs discipulis suis. Colligite q̄ supauerūt fragmenta ne pereāt. Collegerūt ergo et impleuerūt duodecim cophios fragmentorū ex quinqȝ panibus ordeaceis· qui supfuerunt hijs qui manducauerāt. Illi ergo hoies cū vidissent qd̄ fecerat ihūs signū dicebāt. Quia hic est vere ꝓpheta· qui venturus est in mundū. Offertor.

Laudate dñm qr benignus est psallite nomī ei⁹ qm̄ suauis est oīa quecūqȝ voluit dñs fecit in celo ⁊ in terra.

Sacrificijs p̄ñti Secr. bus dñe qs̄ intende placat⁹ ut et deuotioni nostre proficiant et saluti. P dñm. Comm̄.

Iherusalem que edificatur ut ciuitas cuius pticipatio eius in idipsum illuc enī ascenderūt tribꝫ tribus dñi ad ꝯfitendū nomini tuo dñe.

Da nobis miseri- Complē. cors deus ut sancta tua quibus incessanter explemur· sinceris tractemus obsequijs· ⁊ semper fideli mente sumamus. P do.

Deus in noīe Feria·ij· tuo saluū me fac et in virtute tua iudica me de⁹ exaudi orōem meā· ps· Quoniā alieni insurrexerūt aduersum me ⁊ fortes quesierūt aīam meā Orō.

Presta qs̄ ops̄ de⁹· ut obseruationes sacras annua deuotōne recolentes: ⁊ corpore tibi placeamus ⁊ mēte. P

Lc̄o libri regū·iij·regū·iij·

In diebꝫ illis. Venerūt due mulieres meretrices ad regem salomonem· steterūtqȝ corā eo. Quarū vna ait. Obsecro mi dñe· ego et mulier hec habitabamus in domo vna· et peperi apud eam in cubiculo. Tercia vero die postq̄ȝ ego peperi· peperit et hec. Et eramus simul nullusqȝ alius nobiscū· exceptis nobis duabus. Mortuus est aūt filius mulieris hui⁹ nocte dormiēs quippe oppssit eū. Et ꝯsurgens in tempeste noctis silentio· tulit filiū meū de latere meo ancille tue dormiētis et collocauit in synu suo. Suū aūt filiū qui erat mortu⁹ posuit in synu meo. Cum surrexissem mane ut darem lac filio meo apparuit mortuus. Quē diligentius intuens clara luce dephendi meū non esse quē genuerā. Rn̄dit altera mulier. Nō est ita· fili⁹ tuus mortu⁹ est· meus viuit Et econtrario illa dicebat. Mentiris. Filius quippe meus viuit· et filius tuus mortuus est. Atqȝ in hunc modū ꝯtendebāt corā rege. Tūc rex ait. Hec dicit filius meus viuit· et filius tu⁹ mortuus est. Et ista rn̄det nō· sed fili⁹ tu⁹ mortu⁹ est· meus āt viuit. Dixit ergo rex. Afferte michi

gladiũ. Cumqȝ attulissent gla-
diũ corã rege ait. Diuidite in-
quit infantẽ viuũ in duas par
tes ⁊ date dimidiã partem vni
et dimidiã partẽ alteri. Dixit
aũt mulier cuiꝰ filiꝰ erat viuꝰ
ad regem: cõmota sunt quippe
viscera eius sup filio suo. Ob
secro mi dñe date illi infantem
viuũ et nolite interficere eum.
Ecõtrario illa dicebat. nec mi-
chi nec tibi sit: sed diuidatur.
Rñdit rex et ait. Date huic in-
fantẽ viuũ ⁊ nõ occidatur. Hec
est enĩ mater eius. Audiuitqȝ
omnis isrl' iudiciũ quod iudicas
set rex. et timuerũt regẽ. Vidẽ
tes sapiẽtiam dei esse in eo ad
faciendũ iudiciũ. Grad.

Esto michi in deũ ptectorẽ ⁊ in lo-
cũ refugiuijt saluũ me facias. ℣. De
us in te spaui dñe nõ confundar in
eternũ. Scdm Johannẽ. ij.

In illo tpe. Prope erat pascha
iudeoꝝ. et ascendit ihũs ihero-
solimã. et inuenit in tẽplo vẽ-
dentes oues et boues. et colũ-
bas. ⁊ numularios sedentes.
Et cũ fecisset quasi flagellũ de
funiculis oms eiecit de templo
Oues quoqȝ et boues ⁊ numu
larioꝝ effudit es. et mẽsas sub
uertit. et hijs qui vendebãt co-
lumbas dixit. Auferte ista hic
et nolite facere domũ patris
mei: domũ negociationis. Re-
cordati vero sunt discipuli eiꝰ
Quia scriptũ est. Zelus domꝰ
tue comedit me. Rñderunt er-
go iudei et dixerunt ei. Qd̃ sig
nũ ostẽdis nobis. qȝ hec facis.
Rñdit ihũs et dixit eis. Solui
te templũ hoc et in tribȝ diebȝ
excitabo illud. Dixerũt ergo iu-
dei. Quadraginta et sex annis
edificatũ est templũ hoc. et tu
in tribȝ diebus excitabis illud.
Ille aũt dicebat de templo cor
poris sui. Cũ ergo resurrexisset
a mortuis. recordati sunt disci
puli eius. qȝ hoc dicebat de tẽ-
plo corpis sui. Et crediderunt
scripture et sermoni quẽ dixit
ihesus. Cũ autẽ esset ierosoli-
mis in pascha in die festo. mul-
ti crediderũt in noĩe eius: vidẽ
tes signa que faciebat. Ipẽ aũt
ihesus non credebat semetipm
eis. eo qȝ ipẽ nosceret omnes ⁊
quia opus ei nõ erat ut qs te-
stimoniũ phiberet de hoĩe. Ipẽ
enĩ sciebat quid esset in homie

Iubilate deo oĩs terra Offr.
iubilate deo omĩs terra seruite dño
in leticia intrate in conspectu eiꝰ in
exultatione qȝ dñs ipẽ est deꝰ. Secr.

Oblatũ tibi dñe sacrificiũ vi
uificet sp nos ⁊ muniat. P. Cõ.

Ab occultis meis mũda me dñe
⁊ ab alienis pce seruo tuo. Cõpl.

Sumptis dñe salutaribȝ sa-
cramentis. ad redẽptõnis eter
ne qũs pficiamꝰ augmẽtũ. P.

Deprecationẽ Sup populũ.

nostram qs dne benign9 ex audi· et quibus supplicandi p̄stas affectū tribue defensionis auxiliū. Per. Feria tercia.

Exaudi de9 oratione meā ⁊ ne despexeris deprecatione meā intēde in me ⁊ exaudi me. ps. Cōturbat9 sū in exercitatōe mea et contristatus sum a voce inimici ⁊ a tribulatōne peccatoris.

Sacre nobis dne Oratō qs obseruationis ieiunia: et pie conuersatōis augmentū et tue ꝓpiciacionis cōtinuū prestent auxiliū. P dn.

Lectio libri Exodi. xxxij.

In diebꝫ illis. Locutus est dns ad moysen dicēs. Descende de monte· qꝛ peccauit pp̄lus tuus quē eduxisti de terra egipti. Recesserūt cito de via quam ostēdisti eis. Fecerūtqꝫ sibi vitulū cōflatilem et adorauerūt atqꝫ immolantes ei hostias dixerūt. Isti sunt dij tui israhel· qui te eduxerūt de terra egipti. Rursūqꝫ ait dns ad moysen. Cerno q̄ populus iste dure ceruicis sit· dimitte me ut irascatur furoꝛ meus cōtra eos· et deleā eos de terra· faciamqꝫ te in gētem magnā. Moyses aūt oꝛabat dnm deū suum dicens. Cur dne irascitur furoꝛ tuus cōtra pp̄lm tuū quē eduxisti de terra egipti in foꝛtitudie magna et manu robusta. Ne queso dicant egiptij callide eduxit eos ut interficeret eos in montibꝫ ⁊ deleret de terra. Quiescat ira tua et esto placabilis super nequitia pp̄li tui. Recoꝛdare abraham et ysaac et iacob isrl' seruoꝝ tuoꝝ quibꝫ iurasti per temetipm dicens. Multiplicabo semen tuū sicut stellas celi· et vniuersam terrā hanc quā locutus sum dabo semini vr̄o· et possidebitis eam semp. Placatusqꝫ est dns ne faceret malū· qd locut9 fuerat aduersus populū suū. Et misertus est populo suo dns de9 noster. Gr.

Exurge dne fer opem nobis et libera nos propter nomē tuū. v. Deus auribus nostris audiuimus patres nostri annūciauerunt nobis· opus quod opatus es in diebꝫ eoꝝ et in diebus antiquis. Scdm Johannem. vij.

In illo tpe. Jam die festo mediātē: ascendit ihesus in templū et docebat· ⁊ mirabant iudei dicētes. Quō hic literas scit cū nō didicerit? Respōdit eis ihs dixit. Mea doctrina nō est mea· sed ei9 q̄ misit me patris. Si q̄s voluerit volūtatē eius facere: cognoscet de doctrina vtrū ex deo sit· an ego a meipo loquoꝛ. Qui a semetipo loquitur· gloriā ꝓpriā querit. Qui aūt querit gloriā ei9 q̄ misit illū· hic verax est· et iniusticia i eo nō est. Nōne moy

ses dedit nobis legem. et nemo ex vobis facit legē? Quid me q̄ritis īterficere? Rn̄dit turba et dixit. Demonium habes Quis te q̄rit interficere? Rn̄dit ih̄us ⁊ dixit eis. Unū opus feci: ⁊ oēs miramini. Propterea moyses dedit vobis circūcisionem. nō q2 ex moyse est. sed ex patribz. Et in sabbato circumciditis hoīem. Si circūcisionē accipit homo ī sabbato. ut nō soluatur lex moysi. michi īndignamini q2 totū hoīem sanū feci in sabbato? Nolite iudicare scdm faciem: sed scdm iustū iudiciū iudicate. Dicebant ergo quidam ex iherosolimis. Nonne hic est quē querūt interficere. Et ecce palam loquit̄. ⁊ nichil ei dicūt? Nūquid vere cognouerūt principes q2 hic ē xp̄s? Sed hūc scimus unde sit. Xp̄s aūt cū venerit nemo scit unde sit. Clamabat ergo docēs in templo ih̄us et dicebat. Et me scitis ⁊ vnde sum scitis. Et a meip̄o nō veni: sed est verus q̄ misit me: quē vos nescitis. ego aūt scio eū. Et si dixero q2 nescio eū ero sis vobis mendax. Sed scio eū. q2 ab ip̄o sum et ip̄e me misit. Querebāt ergo eum apprehendere. et nemo misit in illū manū. q2 nondū venerat hora ei9. De turba aūt multi crediderūt in eū. Offer.

Expectans expectaui dn̄m et respexit me et exaudiuit dep̄cationem meā ⁊ immisit in os meū cāticū nouū ymnū deo nostro. Secretū:

Hec hostia q̄s dn̄e mūdet nostra delicta. ⁊ ad sacrificiū celebrandū subditor tibi corpora mentesq3 sanctificet. P. Cōm:

Letabimur in salutari tuo et in noīe dei nostri magnificabimur.

Hui9 nos dn̄e pceptō Cōpl. sacramēti mūdet a crimīe. ⁊ ad celestia regna pducat. P. Sup

Miserere dn̄e pp̄lo tuo pplin. ⁊ ɔtinuis tribulationibz laborantē, ppici9 respirare ɔcede. P.

Dum sancti ficat9 fuero in vobis congregabo vos de vniuersis terris ⁊ effūdam sup vos aquā mūdā et mūdabimi ab oīb3 inquinamētis vr̄is ⁊ dabo vobis sp̄m nouū ps. Bn̄dicā dn̄m in omni t̄pe semper laus eius in ore meo. Orō.

Deus qui et iustis premia meritor et pctōribz p ieiuniū veniā p̄bes. miserere supplicibz tuis et pce peccātibz. ut reatus nostri ɔfessio indulgentiā valeat pcipe pctor. P do.

Lcō ezechiel p̄phe. xxxvj.

Hec dicit dn̄s de9. Sanctificabo nomē meū magnum. ut sciāt gētes q2 ego dn̄s. cū sanctificatus fuero in vobis corā eis. Tollam quippe vos de gētibz. et congregabo vos de vni

uersis terris · et adducam vos de uniuersis terris. Et adducā vos in terrā vestram · et effundam sup vos aquā mundā et mūdabunini ab oīnibꝫ inquinamentis vestris · et ab vniuersis ydolis mūdabo vos. Et dabo vobis cor nouū et spiritū nouū ponam in medio vrī Et auferam cor lapideū de carne vrā · et dabo vobis cor carneū · et spiritum meū ponā in medio vestri. Et faciam ut in preceptis meis ambuletis · ⁊ iudicia mea custodiatis et operemini. Et habitabitis in terra quā dedi prībꝫ vestris · et eritis michi in populū · et ego ero vobis in deū.

Venite filii Grad. audite me timorē dñi docebo vos · v. Accedite ad eū et illuminamini et facies vestre non ɔfundētur Orō.

Presta qs oṗs deus · ut quos ieiunia votiua castigant · ipa quoqꝫ deuotio sācta letificet · ut terrenis affectibus mitigatis facilius celestia capiamus. P. Lcō ysaie prophete. j.

Hec dicit dñs deus. Lauamini et mundi estote · auferte malum cogitationū vestrarū ab oculis meis. Quiescite agere peruerse · discite benefacere. Querite iudiciū subuenite oppsso · iudicate pupillo · defendite viduam · et venite et arguite me dicit dñs. Si fuerint peccata vestra ut coccinū quasi nix dealbabūtur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus · velut lana alba erunt. Si volueritis et audieritis me · bona terre comedetis. Dicit dñs

Beata gens cui Grad. ops. est dñs deus eorū populus quē elegit in hereditatē sibi · v. Verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorū. Scdm Johannē. ix.

In illo tpe. Preteriēs ihesus vidit hominē cecum a natiuitate. Et interrogauerūt eū discipuli eius. Rabbi quis peccauit · hic aut parentes eius: ut cecus nasceretur. Respondit ihesus. Neqꝫ hic peccauit · neqꝫ parentes eius · sed ut manifestentur opa dei in illo: Me oportet opari opa eius qui misit me donec dies est. Venit nox quādo nemo potest opari. Quādiu in mundo sum · lux sū mundi Hec cū dixisset · expuit in terram et fecit lutū ex sputo et liniuit lutū sup oculos eius et dixit ei. Vade ⁊ laua in natatoria syloe qđ interptat missus. Abijt ergo et lauit et venit videns. Itaqꝫ vicini et qui viderāt eū prius qꝛ cecus erat dicebāt. Nōne hic est qui sedebat et mendicabat? Filij dicebant qꝛ hic est. Alij nequaqꝫ · sed silis ei est. Ille vero dicebat qꝛ ego sū. Dicebant ergo ei

Quomõ aperti sunt tibi oculi? Respondit ⁊ dixit. Ille homo qui dicitur ihesus lutũ fecit ex sputo et vnxit oculos meos. Et dixit michi. Vade ad natatoria syl oe et laua. Et abij ⁊ laui et vidi. Et dixerũt ei Vbi est ille? Ait Nescio Adducunt eũ ad phariseos qui cecus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutũ fecit ihesus et aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabãt eũ pharisei quomodo vidisset. Ille ãt dixit eis Lutum posuit michi sup oculos et laui et video. Dicebãt ergo ex phariseis quidã. Non est hic homo a deo qui sabbatum nõ custodit. Alij autẽ dicebãt. Quomodo potest homo peccator hec signa facere. ⁊ scisma erat inter eos. Dicebant ergo ceco iterũ. Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autẽ dixit qꝛ propheta est. Nõ crediderunt ergo iudei illi quia cecus fuisset et vidisset. donec vocauerũt parentes eius qui viderant. Et interrogauerũt eos dicentes. Hic est filius vester quẽ vos dicitis qꝛ cecꝰ natus est. quõ ergo nunc videt? Responderũt eis parentes eiꝰ et dixerũt. Scimus qꝛ hic filiꝰ est noster. et qꝛ cecus natus est Quomõ aũt nũc videat nescimus: aut quis est qui aperuit oculos eius nescimꝰ. Ipm interrogate. Etatẽ habet ipe de se loquatur. Hec dixerunt parẽtes. qꝛ timebant iudeos. Iã enĩ conspirauerant iudei. ut si quis eũ confiteretur esse xpm. extra synagogam fieret. Propterea parentes eiꝰ dixerũt. qꝛ etatem habet ipm interrogate. Vocauerũt ergo rursũ hominẽ qui fuerat cecus: ⁊ dixerũt ei. Da gloriã deo. Nos scimꝰ qꝛ hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si pcc̃or est nescio. Vnũ scio. qꝛ cũ cecꝰ essem. modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi. quomõ aperuit tibi oculos? Respõdit eis Dixi vobis et iam audistis. Quid iterũ vultis audire. Nunquid et vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerũt ei ⁊ dixerunt Tu discipulus illius sis. nos autem moysi discipuli sumus Nos scimus quia moysi locutus est deus. Hũc aũt nescimꝰ vnde sit. Rñdit ille homo et dixit eis. In hoc enĩ mirabile est qꝛ vos nescitis vnde sit ⁊ aperuit oculos meos. Scimus ãt qꝛ peccatores dꝰ nõ audit. Sed si quis cultor dei est et voluntatem eius facit. hũc exaudit. A seculo non est auditũ. qꝛ quis apuit oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo. nõ poterat facere quicq̃. Rñderunt et dixerũt ei

In peccatis natus est totus: ⁊
tu doces nos. Et eiecerũt eum
foras. Audiuit autem ihesus
qꝛ eiecerũt eum foras. Et cum
inuenisset eum: dixit ei. Tu cre
dis in filiũ dei? Respondit ille
⁊ dixit. Quis est dñe ut credã
in eũ? Et dixit ei ihũs. Et vidi
sti eũ et qui tecũ loquitur ipse
est. At ille ait. Credo dñe. Et p̄
cidẽs adorauit eũ. Offer.
Benedicite gentes dño deo nostro
et obaudite voci laudis eius qui po
suit animã meam ad vitam ⁊ nõ de
dit cõmoueri pedes meos bñdictꝰ do
minꝰ qui nõ amouit dep̄cationẽ me
am et misericordiam suam a me. Secr.
Supplices te rogamus dñe
ut hijs sacrificijs p̄cta nostra
mundẽtur. qꝛ tũc nobis verã
tribuis mentis et corporis sa
Lutũ fecit Com. nitatem. P.
ex sputo dñs et liniuit oculos meos
et abij et laui ⁊ vidi ⁊ credidi deo.
Sacramenta que Compl.
sumpsimus dñe deus noster. ⁊
spiritalibꝫ nos repleant alimẽ
tis et corporalibꝫ tueant̃ auxi
lijs. Per. Super populũ.
Pateant aures misericordie
tue dñe precibus supplicantiũ.
⁊ ut petentibꝫ desiderata conce
das fac tibi eos que sunt pla
cita postulare. P. Feria quĩta
Letetur cor querentiũ do
minũ querite dñm et con
firmamini q̃rite faciẽ eius
semp. Ps. Cõfitemini dño ⁊ inuoca
te nomẽ eiꝰ nũciate inter gentes eu
Presta q̃s oĩps Orõ. opa eiꝰ.
deus ut quos ieiunia vo
tiua castigant ipsa quoqꝫ de
uotio sancta letificet. ut terre
nis affectibus mitigatis faci
lius celestia capiamus. P do.
Lectio libri iiij. Regũ. iiij.
In diebꝫ illis. Venit mulier su
namitis ad helyseũ ad mon
tem carmeli. Cũqꝫ vidisset eam
vir dei econtra ait ad giezi pu
erũ suũ. Ecce sunamitis illa.
vade in occursum eiꝰ. et dic ei.
Recte ne agitur circa te et cir
ca virũ tuũ et circa filiũ tuum.
Que respondit. Recte. Cumqꝫ
venisset ad virũ dei in montem
apprehẽdit pedes eius. Et acces
sit giezi ut amoueret eã Et ait
hõ dei Dimitte eã. qꝛ aĩa eiꝰ in
amaritudine est. et dñs celauit
a me et non indicauit michi.
Que dixit illi. Nunquid peti
ui filiũ a dño meo? Nunquid
nõ dixi tibi ne illudas me? Et
ille ait ad giezi puerũ suũ. Ac
cinge lũbos tuos et tolle bacu
lũ meũ in manu tua ⁊ vade. Si
occurrerit tibi homo nõ salu
tes eũ Et si salutauerit te quis
piam nõ respondeas illi. et po
ne baculũ meũ sup faciẽ pueri
Porro mater pueri ait. Viuit
dñs et viuit anima tua. non
dimittam te. Surrexit ergo et

secutus est eam. Giezi aũt pre-
cesserat ante eos · et posuerat
baculum sup faciem · et non e-
rat vox neqȝ sensus. Reuer-
susqȝ est in occursum eius · ⁊ nũ-
ciauit ei dicens Non surrexit
puer. Ingressus est ergo hely-
seus domũ · ⁊ ecce puer mortuꝰ
iacebat in lectulo eiꝰ. Ingres-
susqȝ clausit ostiũ sup se ⁊ sup
puerum · et orauit ad dñm. Et
ascendit ⁊ incubuit sup puerũ
posuitqȝ os suũ sup os eiꝰ · ⁊ o-
culos suos super oculos eius ⁊
manus suas super manꝰ eiꝰ ·
et incuruauit se sup eũ. Et ex-
pandit se atqȝ mensus est tri-
bus vicibus et calefacta est ca-
ro pueri. Et ille reuersus deã-
bulabat in domo semel huc at-
qȝ illuc · et ascendit et incurua-
uit se sup puerum · et oscitauit
puer septies. Aperuitqȝ ocu-
los suos. At ille vocauit giezi
et dixit ei. Uoca michi sunami-
ten hanc. Que vocata ingres-
sa est ad eum. Qui ait. Tolle
filiũ tuũ. Uenit illa et corruit
ad pedes eius · et adorauit sup
terrã. Tulitqȝ filiũ suũ ⁊ egres-
sa est. Heliseus vero reuersus
est in galgalã. Grad.

Respice dñe in testamentũ tuũ ⁊
animas pauperũ tuorũ ne obliuis-
catis in finẽ · ỽ · Exurge dñe et iudi-
ca causã meã memor esto opprobrij
seruorũ tuorũ. Scdm Johañ · v

In illo tpe. Dixit ihesus turbis
iudeorũ. Pater meus vsqȝ mo-
do operatur ⁊ ego operor. Pro-
pterea ergo magis querebant
eũ iudei interficere · qꝛ non solũ
soluebat sabbatũ · sed et patrẽ
suũ dicebat deũ · se equalẽ fa-
ciens deo. Respõdit itaqȝ ihe-
sus et dixit eis. Amen amen
dico vobis. Nõ potest filius a
seipo facere quicqȝ · nisi quod
viderit prẽm facientẽ. Quecũ-
qȝ eni ille fecerit · hec et filius si-
militer facit. Pater eni diligit
filiũ · et oĩa demonstrat ei que
ipe facit. Et maiora horũ de-
monstrabit ei opa · ut vos mi-
remini. Sicut eni pater susci-
tat mortuos et viuificat · sic ⁊
filius quos vult viuificat. Ne-
qȝ eni pater iudicat quẽq̃ȝ sed
iudiciũ oĩe dedit filio · ut oĩs
honorificent filiũ sicut honori-
ficant patrem. Qui non ho-
norificat filiũ · non honorifi-
cat patrẽ qui misit illũ Amen
amen dico vobis · qꝛ qui ver-
bũ meũ audit et credit ei q̃ mi-
sit me · habet vitam eternã. Et
in iudiciũ non venit · sed tran-
sit de morte ad vitã. Amẽ amẽ
dico vob · qꝛ venit hora et nũc
est · quando mortui audiẽt vo-
cem filij dei · ⁊ qui audierint vi-
uent. Sicut eni pater habet vi-
tam in semetipo · sic dedit et fi-
lio vitã habere in semetipo Et

potestatem dedit ei iudicium fa-
cere· qz filius hominis est. Nolite
mirari hoc· qz venit hora in q̃
omnes qui in monumentis sũt
audient vocem filij dei. Et pro-
cedent qui bona egerũt in resur-
rectionẽ vite· q̃ vero mala fece-
runt in resurrectionem iudicij.
Qui habet aures audiendi au-
D ñe in auxiliũ meũ Offer. diat.
respice confundantur et reuerean-
tur qui querũt animã meam ut au-
P urifica nos Secr. ferant eã.
misericors deus· ut ecclesie tue
preces que tibi grate sũt: pia mu-
nera deferentes· fiant expiatis
moribus gratiores. P. Com.
D ñe memorabor iusticie tue so-
lius de⁹ docuisti me a iuuentute mea
et usqz in senectã et seniũ deus ne de-
reliquas me. Complend.
C elestia dona capientibz q̃s
dñe nõ ad iudiciũ puenire pa-
tiaris· que fidelibz tuis ad reme-
diũ esse puidisti. P dñm. Sup
P opuli tui deus populum.
institutor et rector: peccata qui-
bus impugnaẽ expelle· ut sem-
per tibi placitus et tuo muni-
mine sit securus. P. Feria· vj·
M Editatio cordis mei in cõ-
spectu tuo sp dñe adiutor
me⁹ ⁊ redẽptor me⁹. ps.
Celi enarrãt gl'am dei ⁊ opa manuũ
eius ãnunciat firmamentũ. Orõ.
D Eus qui in effabilibz mũ-
dũ renouas sacramẽtis·
presta q̃s: ut ecclesia tua et e-
ternis proficiat institutis· ⁊ tẽ-
poralibz non destituaẽ auxilijs.
P. Lectio libri Regũ· iij· xvij·
IN diebz illis. Egrotauit filius
mulieris matrisfamilias ⁊ erat
languor fortissimus· ita ut nõ
remaneret in eo alitus. Dixit
ergo ad helyam. Quid michi
⁊ tibi vir dei? Ingressus es ad
me ut rememorarenẽ iniq̃tates
mee et interficeres filiũ meum.
Et ait ad eam helyas. Da mi-
michi filiũ tuum. Tulitqz eum
de synu illius· et portauit in ce-
naculũ vbi ipse manebat· et po-
suit sup lectulũ suũ et clama-
uit et dixit. Dñe de⁹ me⁹: etiã
ne viduã apud quã ego utcũ-
qz sustentor afflixisti· ut inter-
ficeres filiũ ei⁹? Et expandit se
atqz mensus est super puerum
tribz vicibz· clamauitqz ad do-
minũ et ait Dñe deus meus re-
uertaẽ oro aĩa pueri hui⁹ in vi-
scera eius. Exaudiuit autẽ dñs
vocem helye· et reuersa est aĩa
pueri intra eũ et reuixit. Tulit-
qz helyas puerũ· et deposuit eũ
de cenaculo in inferiorẽ domũ
et tradidit matri sue. Et ait il-
li. En viuit filius tu⁹. Dixitqz
mulier ad helyam Nũc in isto
cognoui quoniã vir dei es tu.
⁊ verbũ dñi in ore tuo verũ est
B onum est confi Graduale:
dere in domino quam confidere in

homine. V. Bonum est sperare
in dño quã sperare in pricipibus.
In ill' tpe. Erat Scdm ioha. xj.
qdã languẽs lazarus a betha-
nia de castello marie z marthe
sororũ ei⁹. Maria ãt erat q̃ vn-
xit dñm vngẽto et extersit pe-
des ei⁹ capillis suis cui⁹ frater
lazar⁹ infirmabat. Miserũt er-
go sorores ei⁹ ad eum dicẽtes.
Dñe: ecce quẽ amas infirmat.
Audiẽs ãt ihũs dixit. Infirmi
tas hec non est ad mortẽ sed p
gloria dei ut glorificetur filius
dei p illã. Diligebat aũt ihesus
martham z sororẽ ei⁹ mariã et
lazarum. Ut ergo audiuit q
infirmabatur. tũc quidẽ man-
sit in eodẽ loco duobz diebus.
Deinde post hec dicit discipulis
suis. Eamus in iudeam iterũ.
Dicũt ei discipuli. Rabbi nunc
querebant te iudei lapidare. et
iterũ vadis illuc? Rñdit ihũs.
None duodecim sũt hore diei.
Si quis ambulauerit i die nõ
offendit. q lucẽ huius mũdi vi
det. Si autem ambulauerit in
nocte offendit. q lux nõ est in
eo. Hec ait. Et post hec dicit eis
Lazarus amic⁹ noster dormit.
sed vado ut a sompno suscitẽ
eum. Dixerũt ergo discipli ei⁹.
Domine si dormit saluus erit
Dixerat aũt ihũs de morte ei⁹
illi autem putauerũt quia de
dormitõe sompni diceret. Tũc
ergo dixit eis ihesus manifeste
Lazarus mortuus est et gau-
deo pter vos ut credatis. q
nõ erã ibi. sed eamus ad eum.
Dicit ergo thomas qui dicit
didim⁹ ad condiscipulos. Ea
mus et nos z moriamur cũ eo
Venit itaqz ihesus et inuenit
eũ quatuor dies iã in monumẽ
to habentẽ. Erat aũt bethania
iuxta iherosolimã q̃si stadijs
quindecim. Multi aũt ex iude
is venerãt ad martham z ma
riam ut consolarentur eas de
fratre suo. Martha aũt ut au
diuit q dñs venit occurrit illi.
Maria aũt domi sedebat. Di-
xit ergo martha ad ihũ. Dñe
si fuisses hic frater meus nõ fu
isset mortuus. Sed et nũc scio
q quecũqz poposceris a deo da
bit tibi deus. Dicit ei ihũs. Re-
surget frater tuus. Dicit ei mar
tha. Scio q resurget in nouis-
simo die. Dicit ei ihũs. Ego sũ
resurrectio z vita. qui credit in
me etiã si mortuus fuerit viuet
Et oĩs qui viuit z credit in me
non morietur in eternũ. Credis
hoc? Ait illi. Utiqz dñe. Ego
credidi q tu es xp̃us filius dei
viui qui in hũc mundũ venisti
Et cũ hec dixisset abijt z voca-
uit mariã sororem suã silẽtio
dicens. Magister adest et vo-
cat te. Illa ut audiuit surrexit
cito z venit ad eũ. Nondũ eni

venerat ihesus in castellũ · sed
erat adhuc in illo loco vbi oc-
currerat ei martha. Iudei igĩ
qui cum ea erant in domo ꝛ cõ
solabãtur eã· cũ vidissent ma-
riam q᷑ cito surrexit et exijt· se
cuti sunt eã dicentes· quia va-
dit ad monumentũ ut ibi plo
ret. Maria ergo cum venisset
vbi erat ihesus: vidẽs eum pro
cidit ad pedes eius· et dixit ei.
Domine si fuisses hic non es-
set mortuꝰ frater meus. Ihũs
ergo ut vidit eã plorantẽ· ꝛ iu
deos qui venerãt cũ ea plorã-
tes infremuit spiritu et turba-
uit semetip̃m ꝛ dixit. Ubi po-
suistis eũ? Dicũt ei. Dñe: veni ꝛ
vide. Et lacrimatus est ihesus.
Dixerunt ergo iudei. Ecce quõ
amabat eum. Quidã autẽ ex
ip̃is dixerũt. Non potuit hic q̃
aperuit oc'los ceci facere ut hic
non moreretur? Ihesus ergo
rursum fremẽs in semeip̃o ve-
nit ad monumentũ Erat aũt
speluca et lapis suppositꝰ erat
ei. Ait ihesus. Tollite lapidem
Dicit ei martha soror eius qui
mortuus fuerat. Dñe iam fetet:
quadriduanus eni est. Dicit ei
ihesus. Nonne tibi dixi· qm̃ si
credideris videbis gloriam dei.
Tulerunt ergo lapidem. Ihe-
sus autẽ eleuatis sursũ oculis
dixit Pater grãs ago tibi quia
audisti me. Ego aũt sciebam q᷑
semp me audis· sed ꝓpter popu
lũ qui circũstat dixi ut credãt·
quia tu me misisti. Hec cum di
xisset voce magna clamauit.
Lazare veni foras. Et statim
prodijt qui mortuus fuerat·
ligatis pedibus et manibꝫ in-
stitis· et facies illius sudario e
rat ligata. Dicit eis ihesus.
Soluite eũ et sinite abire. Mul
ti ergo ex iudeis qui venerant
ad mariã ꝛ viderant que fecit
Po- Offr. crediderũt in eũ.
pulũ humilẽ saluũ facies dñe ꝛ ocu
los superborũ humiliabis qm̃ quis
Muñera Secr. teꝰ p̃ter te dñe.
nos q̃s dñe oblata purificent
ꝛ te nobis iugiter faciant esse
Videns Com. placatũ. P.
Dñs flentes sorores lazari ad monu
mentũ lacrimatꝰ est corã iudeis ꝛ cla
mauit lazare veni foras et prodijt li
gatis manibus et pedibꝫ qui fue-
rat quadriduanꝰ mortuꝰ Cõpl.
Hec nos dñe ꝑticipatio-
ne sacramenti ꝛ a ꝓprijs reati-
bus indesinẽter expediat· et ab
omnibꝫ tueatur aduersis. P.
Da nobis q̃s Sup populũ.
op̃s deus ut qui infirmitatis
nr̃e conscij de tua virtute confi
dimus sub tua semp ꝓtectiõe
gaudeamus. P. Sabbato.
Sicientes venite ad aquas
dicit dñs et q̃ nõ habetis
p̃ciũ venite bibite cũ leti-
cia. Ps. Attendite ꝓp̃le meꝰ legẽ meã

inclinate aurẽ vestram in verba oris
Fiat qs̃ dñs Oratio. mei.
dñe per gratiã tuam fru
ctuosus nostre deuotõnis affe-
ctus· qꝛ tũc nobis proderũt su-
scepta ieiunia si tue sint placi-
ta pietati. P. Lectio ysaie p-
Hec dicit dñs phete· xlix·
deꝰ. In tpe placito exau
diui te· et in die salutis auxilia
tus sum tui. Et seruaui te ⁊ de-
di te in fedus pp̃li ut suscitares
terrã· et possideres hereditates
dissipatas· ut diceres hijs qui
vincti sunt· exite· et hijs qui in
tenebris sunt reuelamini. Su-
per vias pascent· et in oĩbus
planis pascua eoꝝ erũt. Non
esuriẽt neqꝫ sicient amplius· et
non pcutiet eos estus et sol· qꝛ
miserator eoꝝ reget eos· et ad
fontes aquaꝝ potabit eos Et
ponã oĩs mõtes meos in vi-
am· et semite mee exaltabunt.
Ecce isti delonge venient· et ec
ce illi ab aquilone et mari· ⁊ isti
de terra australi. Laudate celi
et exultet terra· iubilate mõtes
laudem· qꝛ consolatus est dñs
populũ suũ· et pauperũ suoꝝ
miserebitur. Et dixit syon. De
reliquit me dñs· et dñs oblitus
est mei. Et dixit dñs Nunquid
obliuisci potest mulier infantẽ
suũ· ut non misereat filio vte
ri sui? Et si illa oblita fuerit e-
go tamen non obliuiscar tui.

Dicit dñs oĩps. Gr. Tibi dñe
derelictꝰ est paup pupillo tu eris ad
iutor· v̈· Vt quid dñe recessisti lon-
ge despicis in oportunitatibꝫ in tri
bulatione dũ supbit impius incen-
ditur pauper. Scdm iohañ· viij·
In illo tpe. Dicebat ihũs tur-
bis iudeoꝝ. Ego sum lux mũdi
Qui sequitur me non ambu-
lat in tenebris· sed habebit lu-
men vite. Dixerũt ergo phari
sei. Tu de teipõ testimoniũ per
hibes· testimoniũ tuũ non est
verũ. Rñdit ihũs ⁊ dixit eis.
Et si ego testimoniũ phibeo de
meipõ· verũ est testimoniũ me
um· quia scio vnde veni et quo
vado. Vos aũt nescitis vnde
venio aut quo vado. Vos ãt
secundũ carnem iudicatis Ego
non iudico quemquã. Et si iu
dico ego· iudiciũ meum verum
est· quia solus non sum sed e-
go et qui misit me pater. Et in
lege vestra scriptum est· quia
duoꝝ hominũ testimoniũ ve-
rum est. Ego sum qui testimo-
niũ de meipõ perhibeo· et testi-
moniũ perhibet de me qui mi-
sit me pater. Dicebãt ergo iu-
dei. Vbi est pater tuus? Rñdit
ihũs Neqꝫ me scitis neqꝫ prẽm
meũ scitis. Si me sciretis for-
tan et patrem meum sciretis.
Hec verba locutus est ihũs in
gazophilatio docens in tẽplo.
Et nemo aprehẽdit eũ· qꝛ nõ-

dum venerat hora eius. Offr.
F actus est dñs firmamentū meū et refugiū meū et liberator meus spe
O blationibz Secr. rabo in eū. nostris qs dñe placare suscep tis: et ad te nostras etiā rebel les cōpelle ꝓpicius volūtates.
D ominus regit me Com. P. et nichil michi deerit in loco pascue ibi me collocauit sup aquā refectōis
T ua nos Compl. educauit me. dñe qs sancta purificent et opatione sua tibi reddāt nos acceptos. P. Sup populū.
D eus qui sperātibz in te mi sereri potius eligis qȝ irasci da nob digne flere mala q̄ fecim⁹ ut tue ꝯuersationis gratiā in uenire mereamur. P dūm.

Dominica in passione officiū.

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta ab hoīe iniquo et doloso eripe me qr tu es de us meus et fortitudo mea. Ps.
Emitte lucem tuā et veritatē tuā ip sa me deduxerūt ꝛ adduxerūt in mō.
Q uesumus oṗs de⁹ Orō. familiam tuā ꝓpicius re spice: ut te largiente regatur in corpore. et te seruante custodi atur in mente. P. Ad hebr. ix.
F ratres. Cristus assistēs pontifex futuroꝝ bono rū pamplī⁹ et ꝑfectius taber naculum nō manufactū. id est nō hui⁹ creationis. neqȝ p san guinē hircoꝝ aut vituloꝝ. sed p ꝓpriū sanguinē introiuit se mel in sancta eterna redēptōe inuēta. Si enī sanguis hircoꝝ aut thauroꝝ et cinis vitule a spersus inquinatos sanctifi cat ad emundationem carnis Quantomagis sanguis xp̄i q̄ p spiritū sanctū semetipm ob tulit immaculatū deo. emūda uit ꝯscientiā nostrā ab operi bus mortuis. ad seruiendū deo viuenti. Et ideo noui testamē ti mediator est. ut morte inter cedente in redemptionē earum ꝑuaricationū que erāt sub pri ori testamento. repromissionē accipiāt qui vocati sūt eterne hereditatis. In xp̄o ihesu dño
E ripe me dñe de Grad. nostro. inimicis meis doce me facere volun tatē tuā Liberator meus dñe de gentibus iracundis ab insurgenti bus in me exaltabis me a viro ini quo eripies me. Tractus.
S epe expugnauerūt me a iuuen tute mea V. Dicāt nūc isrl' sepe expu gnauerūt me a iuuētute mea. V. Et enim nō potuerūt michi supra dor sum meū fabricauerūt peccatores.
V. Prolongauerūt iniquitatē sibi dñs iust⁹ cōcidet ceruices peccatoꝝ.
In illo tp̄e. Scdm iohānē. viij.
Dixit ihesus turbis iudeoꝝ et principibus sacerdotū. Quis ex vob arguet me de pc̄to? Si veritatē dico quare vos non creditis michi? Qui est ex deo

verba dei audit. Propterea
vos non auditis qr ex deo nõ
estis. Rñderũt iudei igit̃ et dixe
runt ei. Nõne bene dicim⁹ nos
qr samaritanus es tu. et demo
niũ habes? Rñdit ihesus. Ego
demoniũ non habeo. sed glori-
fico patrem meũ. et vos inho
norastis me. Ego aũt nõ que-
ro gloriã meã. est qui querat ꝛ
iudicet. Amen amẽ dico vobis
Si quis sermonẽ meũ seruaue
rit. mortem nõ videbit ieternũ.
Dixerũt ergo iudei. Nunc co=
gnouimus qr demoniũ habes
Abraham mortuus est ꝛ ꝓphe
te. Et tu dicis. Si quis seruaue
rit sermonẽ meũ mortẽ nõ gu
stabit ineternũ. Nunquid tu
maior es patre nostro abra=
hã q̃ mortu⁹ est. ꝛ ꝓphete mor=
tui sũt. quẽ teipm̃ facis? Respõ
dit ihũs. Si ego glorifico me=
ipm̃: gloria mea nichil est. Est
pater meus qui glorificat me
quẽ vos dicitis qr deus vester
est. et non cognouistis eũ. ego
aũt noui eũ. Et si dixero quia
nescio eũ. ero similis vobis mẽ
dax. Sed scio eũ et sermonem
eius seruo. Abrahã pater ve=
ster exultauit ut videret diẽ me
um. vidit et gauisus est. Dixe=
rũt ergo iudei ad eũ. Quinqua
ginta annos nondũ habes. et
abraham vidisti? Dicit eis ihe
sus. Amen amen dico vobis.
anteq̃ȝ abraham fieret ego sũ.
Tulerũt ergo lapides iudei ut
iacerẽt in eũ. Ihesus aũt abscõ-
dit se. et exiuit de templo.

Confitebor tibi dñe in to- **Offer.**
to corde meo retribue seruo tuo ut
viuã ꝛ custodiam sermones tuos vi
uifica me scd̃m verbũ tuũ domine.

Hec munera dñe q̃s **Secr.**
ꝛ vincula nr̃e prauitatis absol
uãt. et tue nobis misc̃die dona
concilient. Per dñm. **Com.**

Hoc corpus qd̃ pro vobis trade-
tur hic calix noui testamenti est in
meo sanguine dicit dñs hoc facite
quocienscũq̃ȝ sumitis in meam com
memorationem. **Complenda.**

Adesto nobis q̃s dñe deus
et quos tuis misterijs recreasti
perpetuis defende presidijs. P.

Da nobis q̃s **Sup populũ**
dñe ꝑseuerãtem in tua volun-
tate famulatũ. ut in diebȝ no-
stris et merito et numero popu
lus tibi seruiẽs augeat. P dn.

Miserere michi **Feria. ij.**
dñe q̃m conculcauit me hõ
tota die bellãs tribulauit
me. **ps.** Cõculcauerũt me inimici
mei tota die q̃m multi bellantes ad-

Sanctifica **Orõ.** uersũ me.
q̃s dñe nr̃a ieiunia. ꝛ cũ
ctaꝝ nobiꝭ ꝓpici⁹ indulgẽtiã lar
gire culpaꝝ. P. **Lectio ione**
In diebȝ illis. Fa= **prophete iij.**
ctum est verbũ dñi ad ionam
ꝓphetã secũdo dicẽs Surge et

vade ad niniuen ciuitatem ma
gnam· et predica in ea predica
tionem quā ego loquor ad te.
Et surrexit ionas et abijt in ni
niuen iuxta verbū dn̄i. Et ni-
niue erat ciuitas magna· itine
re dierū triū Et cepit ionas in
troire ciuitatē itinere vnius di
ei. Et clamauit ⁊ dixit. Adhuc
quadraginta dies· ⁊ niniue sub
uertetur. Et crediderunt vi-
ri niniuite in domino· et predi
cauerunt ieiuniū ⁊ vestiti sunt
saccis a maiore vsqz ad mino-
rem. Et peruenit verbū ad re-
gem niniue· ⁊ surrexit de solio
suo et abiecit vestimentū suū
a se· et indutus est sacco· et se-
dit in cinere et clamauit et di-
xit in niniue ex ore regis et pri-
cipū eius dicens. Homines et
iumenta et boues ⁊ pecora nō
gustent quicqz nec pascant et
aquā non bibant. Et operian
tur saccis homines· et iumen-
ta clament ad dominū in for-
titudine. Et conuertatur vir a
via sua mala· et ab iniquitate
que est in manibus eorꝝ. Quis
scit si cōuertatur ⁊ ignoscat de
us· ⁊ reuertatur a furore ire sue· ⁊
non peribimus. Et vidit deus
opa eorꝝ· qz ꝯuersi sunt de via
sua mala· et misertus est popu
lo suo dn̄s deꝰ noster. Grad.
Deus exaudi orationē meā auri
bus pcipe verba oris mei· V. Deus
In nomine tuo saluū me fac et in vir
tute tua iudica me. Secundum
In illo tpe. Johannem· vij·
Miserūt principes et pharisei
ministros ut aprehenderent
ihesum. Dixit ergo eis ihesus.
Adhuc modicū tpus vobiscū
sum· et vado ad eū qui me mi
sit. Queritis me et nō inuenie
tis. Et vbi sum ego· vos nō po
testis venire. Dixerūt ergo iu-
dei ad semetipos. Quo hic itu
rus est· quia non inueniemus
eum? Nunquid in dispersionē
gentiū iturus est ⁊ docturus gē
tes? Quis est hic sermo quem
dixit: queritis me et non inue
nietis· et vbi sum ego vos nō
potestis venire? In nouissimo
autem die magno festiuitatis
stabat ihesus et clamabat di-
cens. Si quis sitit veniat ad
me et bibat. Qui credit in me
sicut scriptura dicit: flumina de
ventre eius fluent aque viue.
Hoc autē dixit de spiritu quē
accepturi erant credentes in eū.
Domine conuertere Offertor.
et eripe animā meā saluū me fac, p
pter misericordiā tuam. Secr.
Concede nobis dn̄e deus no
ster· ut hec hostia salutaris· et
nr̄oꝝ fiat purgatio delictorū· ⁊
tue propiciatio maiestatis. P
Dominus virtutū ipse Comm.
Sacramē Cōpl. est rex glorie.
ti tui qs̄ dn̄e pticipatio salu

taris· et purificationē nobis p̄
beat et salutē. P. Sup populū
D a quēs dn̄e populo tuo sa
lutē mentis et corpis· ut bonis
operibꝫ inherendo: tua semper
mereatur ꝓtectione defendi. P.
E xpecta dn̄m vi· Feria· iiij·
riliter age et ꝯfortetur cor
tuū ꝛ sustine dn̄m. ps· Do
min9 illuminatō mea ꝛ sal9 mea quē
N ostra tibi Orō. timebo.
dn̄e q̄s sint accepta ieiu-
nia· q̄ nos et expiando grē tue
dignos efficiāt· et ad remedia
ꝑducant eterna. P. Lectio da
I n diebꝫ nielis prophete· xiiij
illis. Congregati sunt babilo=
nij ad regem. Et dixerūt ei. Tra
de nobis danielem qui bel de-
destruxit et draconem interfe-
cit· alioquin interficiem9 te et
domū tuam. Uidit ergo rex q̄
irruerent in eū vehementer· et
necessitate cōpulsus· tradidit
eis danielem Qui miserūt eū in
lacū leonū· et erat ibi sex die=
bus. Porro i lacu leones erāt
septē· ꝛ dabantur eis quotidie
duo corpora et due oues. Et
tunc non data sunt eis· ut de-
uorarent danielem. Erat aūt
abacuc ꝓpheta in iudea· et ipse
coxerat pulmentum· et intri=
uerat panes in alueolo et ibat
in campum· ut ferret messori=
bus. Dixitqꝫ angelus domini
ad abacuc. Fer prandium qđ
habes in babilonem danieli
qui est in lacu leonum. Et di=
xit abacuc. Domine: babilonē
non vidi· et lacum nescio. Et
apprehendit eum angelus do=
mini in vertice eius· et porta=
uit eum capillo capitis sui· po
suitqꝫ eum in babilone super
lacum in impetu spiritus sui.
Et clamauit abacuc dicens.
Daniel serue dei. Tolle pran=
dium qđ misit tibi de9. Et ait
daniel. Recordatus enī es mei
domine deus meus· ꝛ non dere=
liquisti diligentes te Surgens
qꝫ daniel comedit. Porro an=
gelus domini restituit abacuc
confestim in locum suū Uenit
ergo rex die septima ut luge=
ret danielem. Et venit ad la-
cum et introspexit. Et ecce da
niel sedens in medio leonū. Et
clamauit rex voce magna di=
cens. Magn9 es dn̄e de9 danie
lis Et extraxit eū de lacu. Illos
āt q̄ ꝑditōnis eius causa fue-
rant intromisit in lacum· ꝛ de
uorati sunt in momento corā
eo. Tūc ait rex. Paueant ha-
bitantes in vniuersa terra deū
danielis· qꝛ ipse est liberator et
saluator faciēs signa et mira
bilia in celo et in terra· qui libe
rauit danielem de lacu leonū.
D iscerne causam Graduale.
meam domine ab homine iniquo
et doloso eripe me. versus.

Emitte lucem tuā et veritatem tuā ipsa me deduxerūt et adduxerunt in montē sanctum tuum. Secundū

In diebꝫ illis· Dixit iheremias Dñe deꝰ demonstrasti michi ꝛ cognoui·tu ostendisti michi studia eoꝝ. Et ego quasi agnus mansuetus qui portaᷣ ad victimã·et non cognoui qꝛ cogitauerũt super me consilia dicẽtes. Venite mittamus lignũ in panẽ eius et eradicemus eũ de terra viuentiũ·et nomẽ eiꝰ non memoretur amplius. Tu aũt domine sabbaoth qui iudicas iuste et probas renes et corda·videã vltionẽ tuã ex eis Tibi enĩ reuelaui causam meam dñe deus meus. Grad·

Ego aũt dum michi molesti essent ꝛ induebam me cilitio et humiliabã in ieiunio animam meam et oratio mea in sinu meo conuertetur· ℣·

Iudica domine nocentes me expugna impugnantes me apprehende arma et scutũ et exurge in adiutorium michi. Passio domini nostri ihesu xpi scdm Marcũ·xiiij·

In illo tpe. Erat pasca et azima post biduũ. Et querebant summi sacerdotes ꝛ scribe·quomodo ihesum dolo tenerent ꝛ occiderent. Dicebant enĩ. Non in die festo·ne forte tumultus fieret in populo. Et cũ esset ihesus bethanie in domo symonis leprosi et recũberet·venit mulier habens alabastrũ vngenti nardi spicati preciosi. Et fracto alabastro effudit super caput eius. Erãt aũt quidã indigne ferentes intra semetipos dicentes. Vt quid perditio ista vngenti facta est? Poterat enĩ vngentũ istud venũdari plus q̃ꝫ trecẽtis denarijs et dari pauperibꝫ. Et fremebãt in eã. Ihesus ãt dixit. Sinite eam Quid molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enĩ pauperes habetis vobiscum· et cum volueritis potestis illis benefacere·me autẽ non semper habebitis. Quod habuit hoc fecit·preuenit vngere corpus meũ in sepulturam· Amẽ dico vobis. Vbicũqꝫ ṗdicatũ fuerit euangeliũ istud in vniuerso mundo·ꝛ qđ hec fecit narrabitur in memoriam eius. Et iudas scariothis vnus de duodecim·abijt ad summos sacerdotes ut proderet eũ illis. Qui audientes gauisi sunt et ꝓmiserũt ei pecuniã se daturos. Et querebat quomodo illũ oportune traderet. Et prima die azimorũ quando pasca immolabant·dicunt ei discipuli Quo vis eamus et paremus tibi ut manduces pasca. Et mittit duos ex discipulis suis. Et dicit eis. Ite in ciuitatem· et occurret vobis homo lagenã aque baiulans. Sequimini eum· et quocũqꝫ introierit dicite dño

domus qȝ magister dicit. Ubi
est refectio mea vbi pascha cū
discipulis meis manducē? Et
ipse demonstrabit vobis cena-
culū grande stratū· et illic para
te nobis. Et abierūt discipuli
eius et venerūt in ciuitatem· ⁊
inuenerunt sicut dixerat illis·
et parauerūt pascha. Vespere
aūt facto venit cum duodecim
Et discumbentibus et mandu
cantibus eis ait ihūs. Amē di
co vobis: qȝ vnꝰ ex vobis me
tradet qui manducat mecum.
At illi ceperunt contristari et
dicere ei singulatim Nunquid
ego· Qui ait illis. Unus ex du
odecim qui intingit mecū ma-
nū in cathino. Et filius quidē
hoīs vadit· sicut scriptū est
de eo. Ue aūt homini illi p quē
filius hoīs tradetur. Bonū e
rat ei si natus non fuisset ho-
mo ille. Et manducātibꝫ illis.
Accepit ihūs panem· et bene-
dicens fregit et dedit illis· ⁊ ait
Sumite hoc est corpus meum
Et accepto calice gras agens
dedit eis et biberūt ex illo oēs
Et ait illis. Hic est sanguis me
us noui testamenti qui ꝓ mul
tis effundetur· Amen dico vo-
bis· qȝ iam nō bibam de geni-
mine vitis vsqȝ in diē illum cū
illud bibam ī regno dei. Et ym
no dicto: exierunt in montem
oliuarum. Et ait eis ihesus.

Omnes vos scandalisabimi-
ni in me ista nocte· qȝ scriptum
est. Percutiam pastorem et di
spergentur oues gregis. Sed
postq̄ȝ resurrexero ꝑcedā vos
in galileam. Petrus aūt ait ei
Et si oēs scandalisati fuerint
sed non ego. Et ait illi ihūs.
Amen dico tibi· qȝ tu in nocte
hac prius q̄ȝ bis gallus vocē
dederit ter me es negaturus·
At ille amplius loquebať. Et
si oportuerit me simul cōmori
tecū· non te negabo. Similiter
aūt et oēs dicebāt. Et veniūt
in prediū cui nomē gethsema-
ni. Et ait discipulis suis. Sede
te hic donec orem. Et assump-
sit petrū et iacobū et iohannē
secū· ⁊ cepit pauere ⁊ tedere. Et
ait illis· Tristis est anima mea
vsqȝ ad mortem. Sustinet hic
et vigilate. Et cum processisset
paululū procidit sup terram
⁊ orabat. Ut si fieri posset trā
siret ab eo hora. Et dixit Abba
pater: oīa tibi possibilia sunt
trāsfer calicem hūc a me. Sed
nō volo qđ ego· sed qđ tu. Et
venit et inuenit eos dormien-
tes. Et ait petro. Symon dor-
mis? Nō potuisti vna hora vi
gilare mecū· Vigilate et orate
ut non intretis in temptatio-
nem. Spūs qdē ꝓmptus est·
caro aūt infirma. Et iterū abi
ens orauit eūdē sermonē dicēs

Et reuersus denuo inuenit eos
dormientes. Erāt enī oculi eoꝝ
grauati· et ignorabāt quid re-
sponderent ei. Et venit tercio ꝛ
ait illis. Dormite iam et requi
escite. Sufficit. Venit hora· ec-
ce tradetur filius hominis in ma
nus pc̄coꝝ. Surgite eamꝰ ecce
qui me tradet prope est. Adhuc
eo loquēte· venit iudas scari-
oth vnus de duodecim· et cum
eo turba multa cū gladijs ꝛ li-
gnis· missi a sūmis sacerdotibꝫ
et scribis et a senioribus. Dede
rat autem traditor eis signum
dicens. Quemcūq; osculatus
fuero ipse est tenete eū et duci-
te caute. Et cū venisset statim
accedens ad ihesum ait. Rabbi
Et osculatus est eū. At illi ma
nus iniecerunt in eum· et tenu
erunt eum. Unus autē de circū
stantibꝫ educens gladium per
cussit seruū summi sacerdotis ꝛ
amputauit illi auriculam. Et
respondens ihesus ait illis. Tā
quā ad latronē existis cū gla-
dijs et lignis cōprehendere me
Quotidie eram apud vos do
cens in templo· et nō me tenu
istis. Sed vt impleantur scrip
ture.. Tūc discipuli eius relin-
quētes eū oēs fugerūt. Adole
scens autē quidam sequebatur
eū amictus syndone sup nudo
et tenuerūt eum. At ille relicta
syndone nudus ꝓfugit ab eis

Et adduxerūt ihesum ad sum
mū sacerdotem· et conuenerūt in
vnū oēs sacerdotes et senio-
res. Petrus autē alonge secutꝰ
est eū vsq; intro in atriū sum-
mi sacerdotis· et sedebat cū mi-
nistris et calefaciebat se ad ig-
nem. Summi vero sacerdotes
et oē cōciliū querebāt aduer
sus ihesum testimoniū· ut eum
morti traderent· nec inuenie-
bant. Multi enī testimonium
falsum dicebant aduersus eū.
et conuenientia testimonia nō
erant· Et quidam surgentes
falsum testimoniū ferebāt ad-
uersus eū: dicentes. Quoniam
nos audiuimus eum dicentē.
Ego dissoluam hoc templum
manu factū· ꝛ post triduū aliud
non manufactū edificabo. Et
non erat conueniēs testimoniū
illoꝝ. Et exurgens summus sa
cerdos in medium: interroga-
uit ihesū dicēs. Nō rūdes quic-
q; ad ea que tibi obiciuntur ab
hijs? Ille autē tacebat ꝛ nichil
respondit. Rursum autē sum-
mus sacerdos interrogabat eū
dicens. Tu es xp̄us filius dei
benedicti? Ihesus autē dixit ei.
Ego sum. Et videbitis filiū ho
minis sedentē a dextris virtu-
tis dei· ꝛ venientem cū nubibꝫ ce
li. Summus autē sacerdos scin-
dens vestimēta sua ait. Quid
adhuc desideramꝰ testes? Audi-

stis blasphemiam. Quid vo-
bis videtur? Qui omnes condē-
nauerūt eum esse reum mortis
Et ceperūt quidā conspuere in
eū et velare faciem eius ꝛ cola
phis eū cedere et dicere ei. Pro-
phetisa. Et ministri eū alapis
cedebant. Et cum esset petrus i
atrio deorsū vna venit ex ācil-
lis summi sacerdotis. Et cū vi-
disset petrum calefacientem se
aspiciens illū ait. Et tu cū ihe-
su nazareno eras. At ille nega
uit dicens. Neqꝫ scio neqꝫ no-
ui quid dicas. Et exiuit foras
ante atrium et gallus canta-
uit. Rursum aūt cum vidisset
illū ancilla cepit dicere circūstā
tibus. Quia hic ex illis est. At
ille iterū negauit. Et post pu-
sillū rursus qui astabant dice-
bant petro. Vere tu ex illis es
Nam et galileus es. Ille autē
cepit anathematisare et iura-
re: qꝛ nescio hominē istum quē
dicitis. Et statim iterū gallus
cantauit. Et recordatus est pe
trus verbi quod dixerat ei ihe-
sus prius qꝫ gallus cantet bis:
ter me negabis. Et cepit flere.
Et confestim mane concilium
facientes sūmi sacerdotes cum
senioribus et scribis et vniuer
so cōcilio vincientes ihesū du-
xerūt ꝛ tradiderūt pylato. Et in-
terrogauit eū pylatus. Tu es
rex iudeorū? At ille rūdens ait il
li. Tu dicis. Et accusabant eū
summi sacerdotes in multis.
Pylatus aūt rursus interro-
gauit eū dicens Nō respondes
quicqꝫ? Vides in quātis te ac
cusant? Ihesus aūt amplius
nichil rūdit ut ita miraretur py
latus. Per diem aūt festum di
mittere solebat illis vnum ex
vinctis quēcūqꝫ petissent Erat
aūt qui dicebatur barrabas qui
cū sediciosis erat vinctus. qui
in seditione fecerat homicidi-
um. Et cum ascendisset turba.
cepit rogare ut faceret sicut sem-
per faciebat illis. Pylatus aūt
respōdit eis ꝛ dixit. Vultis di-
mittam vobis regem iudeorū
Sciebat enī qꝫ ꝑ inuidiā tradi
dissent eum summi sacerdotes
Pontifices aūt concitauerūt
turbam ut magis barrabā di-
mitteret eis. Pylatus aūt ite-
rū respondens ait illis. Quid
ergo vultis faciam regi iudeo-
rū? At illi iterū clamauerunt.
Crucifige eū. Pylatus vero di
cebat eis. Quid enī mali fecit?
At illi magis clamabāt Cruci-
fige eū. Pylatus aūt volēs sa
tisfacere ppło dimisit illis bar-
raban et tradidit ihesum fla-
gellis cesum ut crucifigeretur.
Milites autem duxerunt eū
intro in atriū pretorij et con-
uocāt totam cohortem. Et in
duūt eū purpura et imponūt

ei plectentes spineā coronā · et
ceperūt salutare eū dicentes·
Aue rex iudeoꝝ. Et percutie=
bant caput eius· et cōspuebāt
in eū· ꝛ ponētes genua adora=
bāt eū. Et postq̄ illuserunt ei
exuerūt illū purpura· et induerūt
illū vestimentis suis· ꝛ educūt
illū ut crucifigerent eū. Et an=
gariauerūt ꝑtereuntē quēpiā
symonē cyreneū venientem de
villa· patrē alexandri et ruffi·
ut tolleret crucē eius. Et ꝑdu=
cūt illum in golgatha locū· qđ
est interpretatū caluarie locus
Et dabant ei bibere vinū mir=
ratū· et non accepit. Et crucifi=
gentes eū diuiserūt vestimen
ta sua· mictentes sortem super
hijs· quid quis tolleret. Erat
autē hora tercia et crucifixerūt
eū. Et erat titulus cause eius.
inscriptus· rex iudeoꝝ. Et cum
eo crucifigunt duos latrones
vnū a dextris et aliū a sinistris
eius Et impleta est scriptura q̄
dicit. Et cū iniquis deputatus
est. Et pretereūtes blasphema
bant eum · mouentes capita
sua dicentes. Vach qui destru=
xit templum dei· et in tribus di
ebus edificat. Saluum fac te=
metipsum descendens de cruce
Similiter et summi sacerdotes
illudentes alter ad alterū cum
scribis dicebant Alios saluos
fecit· seipm̄ non potest saluum
facere. Xp̄us rex israhel descen
dat nunc de cruce· ut videam⁹
et credamus ei. Et qui cum eo
crucifixi erant: comminaban=
tur ei. Et facta hora sexta tene
bre facte sunt sup totam ter=
ram vsq̄ ad horam nonam.
Et hora nona exclamauit ihe=
sus voce magna dicens. He=
loy heloy lamazabathani.
Quod est interp̄tatū. De⁹ me
us deus meus ut quid dereliqui
sti me. Et quidam de circumstā
tibus audientes dicebant. Ec
ce helyā vocat iste. Currēs au=
tem vnus et implens spongi=
am aceto circūponensq̄ cala=
mo potū dabat ei dicens. Si=
nite: videamus si veniat hely=
as ad deponendū eū. Ihesus
aūt emissa voce magna: expi=
rauit Et velum templi scissum
est in duo· a summo vsq̄ deor=
sum. Videns aūt centurio qui
ex aduerso stabat quia sic cla=
mans expirasset ait. Vere ho
mo hic filius dei erat. Erāt āt
ibi ꝛ mulieres de longe aspiciē
tes· inter quas erat maria ma
gdalena et maria iacobi mino
ris et ioseph mater· et salome.
Et cum esset in galilea seque=
bantur eum et ministrabant ei
Et alie multe que simul cum eo
ascēderant iherosolimam.
Hic legat̄ in modū euāgelij.
Et cū iam sero esset factum

quia erat parasceue qd est ante sabbatū. Venit ioseph ab arimathia nobilis decurio qui et ipse erat expectans regnū dei Et audacter introiuit ad pilatum et pecijt corpus ihesu. Pylatus aūt mirabatur. si iam obisset et accersito centurione interrogauit eū si iam mortuus esset. Et cū cognouisset a centurione. donauit corpus ioseph Joseph autē mercatus syndonē et deponēs eū inuoluit syndone et posuit eū in monumento qd erat excisum de petra. Et aduoluit lapidē ad ostium monumenti. Offertoriū.

Custodi me dn̄e de manu peccatoris et ab hominibꝫ iniquis eripe me

Sacrificia nos do Secr. dn̄e. mine quesumus ꝓpensius ista restaurent. que medicinalibꝫ sunt instituta ieiunijs. P do.

Aduersum me exercebātur Coīn qui sedebant in porta et in me psallebant qui bibebant vinum ego vero orationem meam ad te dn̄e tempus beneplaciti deus in multitudine misericordie tue. Complenda.

Sanctificationibꝫ tuis oīps deus. et vicia nostra curētur. et remedia nobis eterna proueniant. Per dominū. Super

Tua nos mise- populum. ricordia deus et ab omni subreptione vetustatis expurget et capaces sancte nouitatis efficiat. P dnm. Feria quarta.

IN nomine dn̄i oīne genu flectatur celestiū terrestriū et infernorū qꝛ dn̄s factus est obediens vsqꝫ ad mortem mortē aūt crucis ideo dn̄s ihūs xp̄s in gloria est dei patris. Ps. Domine exaudi orationē meam et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Presta quesumus oīpotens deus. ut qui nostris excessibꝫ incessanter affligimr. per vnigeniti tui passionē liberemur. Qui tecū. Lectio ysaie prophete. lxij. et. iij.

HEc dicit dn̄s deus. Dicite filie syon. Ecce saluator tuus venit. et merces eius cum eo. Quis est iste qui venit de edom. tinctis vestibꝫ de bozra? Iste formosus in stola sua. gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iusticiam et ꝓpugnator sum ad saluandum Quare ergo rubrum est indumentū tuū. et vestimēta tua sicut calcantium in torculari. Torcular calcaui solus. et de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo et concalcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorū super vestimenta mea. et omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo. annus retributionis mee venit. Circumspexi et non

erat auxiliator· quesiui et non
fuit qui adiuuaret· et saluauit
michi brachiū meū et indigna
tio mea auxiliata ē michi. Mi-
serationū dn̄i recordabor· lau
dem dn̄i annūciabo sup omni
bus que reddidit nobis domi-
Ne a- Gr. nus deus noster.
uertas faciem tuā a puero tuo quo
niā tribulor velociter exaudi me. ℣.
Saluū me fac deus qm̄ intrauerūt
aque usqꝫ ad animā meam infixus
sum in limo profundi et non est sub
stantia· Oratio.

Deus qui pro nobis filium
tuū crucis patibulū sub-
ire voluisti· ut inimici a nobis
expelleres potestatem· cōcede
nobis famulis tuis· ut resurre
ctionis gratiā consequi mere-
amur. P eundē. Lectio ysaie
In diebꝫ illis. prophete· liij·
Dixit ysaias. Dn̄e quis credi-
dit auditui nostro· aut brachi-
um dn̄i cui reuelatū est? Et as-
cendit sicut virgultū coram eo
et sicut radix de terra sicienti.
Et nō est species ei neqꝫ decor.
Et vidimꝰ eū ⁊ nō est aspectus
et desiderauimus eū despectum
et nouissimū virorꝫ. Virū dolo
rū et scientem infirmitatē. Et
quasi abscōditus vultus eius
et despectus· vnde nec reputa-
uimus eū. Vere languores no
stros ip̄e tulit· et dolores n̄ros
ip̄e portauit. Et nos putaui-
mus eū quasi leprosum et per
cussum a deo ⁊ humiliatū. Ip
se aūt vulneratus est, ꝓpter ini
quitates nostras: attritus est
propter scelera nostra. Disci-
plina pacis nostre super eum ⁊
liuore eius sanati sumus. Om
nes nos quasi oues errauimꝰ
vnusquisqꝫ in viam suam de-
clinauit· et dominꝰ posuit in eo
iniquitatem omniū nostrum.
Oblatus est quia ipse voluit:
et non aperuit os suū. Sicut
ouis ad occisionē ducetur· et q̄
si agnus coram tondente se ob
mutescet· et non aperiet os su
um. De angustia et de iudicio
sublatus est· generationē eius
quis enarrabit? Quia abscisus
est de terra viuenciū. Propter
scelus populi mei percussi eum
et dabit impios pro sepultu-
ra· et diuites pro morte sua· eo
ꝙ iniquitatē non fecerit nec do
lus fuerit in ore eius. Et domi-
nus voluit conterere eū in in-
firmitate. Si posuerit ꝓ pecca
to animā suam· videbit semen
longeuū· et volūtas dn̄i in ma
nu eiꝰ dirigetur. Pro eo ꝙ tra
didit in mortem animā suam·
et cū sceleratis deputatus est.
Et ip̄e peccata multorꝫ tulit.
et ꝓ transgressoribꝫ orauit ut
non perirent. Ait dn̄s omnip̄s.

Domine exaudi orati Tractus.
onem meam· et clamor meus ad te

veniat. ꝟ. Ne auertas faciem tuā
a me in quacūqȝ die tribulor incli-
na ad me aurem tuam In qua-
cūqȝ die inuocauero te velociter ex-
audi me. ꝟ. Quia defecerūt sicut fu
mus dies mei ⁊ ossa mea sicut in fri
xorio confrixa sunt. ꝟ. Percussus
sum sicut fenū ⁊ aruit cor meū quia
oblitus sum comedere panem meū.
ꝟ. Tu exurgens misereberis syō qꝛ
venit tempus miserendi eius.

Passio dn̄i nostri ihū xpi Se-
In illo tp̄e. cundū Lucam. xxij

Appropinquabat dies festus
azimorū qui dicitur pasca. Et
querebant principes sacerdo-
tū et scribe quomō ihesum in-
terficerent. timebant vero ple
bem. Intrauit autē sathanas
in iudam qui cognominabat
scariothis vnū de duodecim. et
abijt et locut⁹ est cū principibꝫ
sacerdotū et magistratibꝫ quē
admodū illū traderet eis. Ga-
uisi sunt aūt et pacti sunt pecu
niam illi dare et spopondit. Et
querebat oportunitatē ut tra
deret illū sine turbis. Uenit aūt
dies azimorū in qua necesse e-
rat occidi pasca. et misit petrū
et iohannē dicens. Eūtes pa-
rate nobis pasca ut manduce
mus. At illi dixerūt. Ubi vis
paremus? Et dixit ad eos. Ec-
ce introeūtibꝫ vobis in ciuita-
tem occurret vobis homo am
phorā aque portās. Sequimi
ni eū in domū in quā intrat ⁊
dicetis patrifamilias domus
Dicit tibi magister vbi est di-
uersoriū vbi pasca cū discipu-
lis meis manducem? Et ipse
vobis ostendet cenaculū ma-
gnū stratū. et ibi parate. Eun
tes inuenerūt sicut dixit illis. ⁊
parauerūt pasca. Et cū facta
esset hora discubuit. et duode-
cim discipuli cū eo. Et ait illis
Desiderio desideraui hoc pasca
manducare vobiscum anteq̄ȝ
patiar. Dico enim vobis quia
ex hoc non manducabo illud.
donec impleatur in regno dei.
Et accepto calice gracias egit
et dixit. Accipite et diuidite in-
ter vos. Dico eni vobis qꝛ nō
bibā de generatione vitis. do-
nec regnū dei veniat. Et accep
to pane grās egit et fregit ⁊ de
dit eis dicens. Hoc est corpus
meum qđ pro vobis tradetur
hoc facite in meā commemo-
ratione. Similiter et calicē post
q̄ȝ cenauit dicens. Hic est calix
noui testamenti in meo sang-
uine q̄. p vobis effundet. Uerū
tamē ecce manus tradētis me
mecū est in mensa. Et quidē fi
lius hoīs secundū qđ diffi-
nitū est vadit. Uerūtamē ve
homini illi p quē tradetur. Et
ipi cepert q̄rere inter se q̄s esset
ex eis qui hoc factur⁹ esset. Fa
cta est aūt ⁊ contentio iter eos

quis eorum videretur esse maior
Dixit aūt eis. Reges gentium
dominātur eorū· et qui potesta
tem habent super eos· benefici
vocantur. Vos aūt non sic Sed
qui maior est in vobis· fiat sicut
minor. Et qui precessor est· fiat
sicut ministrator. Nam quis ma
ior est qui recūbit an qui mini-
strat? Nōne q̄ recūbit? Ego āt
in medio vrm̄ sum· sic q̄ mini-
strat. Vos aū estis q̄ pmansi-
stis mecū in tēptationibꝫ meis
Et ego disponā vobis sicut di
sposuit michi pater meus reg-
nū· ut edatis et bibatis sup mē
sam meam in regno meo Et se
deatis super thronos duodeci
iudicantes duodecim tribꝫ isrl'.
Ait aūt dn̄s. Symon: ecce sa=
thanas expetivit vos ut cri=
braret sicut triticū. Ego aūt ro
gaui pro te· ut non deficiat fi-
des tua. Et tu aliquādo ꝯuer=
sus ꝯfirma fratres tuos. Qui
dixit ei. Dn̄e tecū paratus sum
ꝛ in carcerē ꝛ in mortem ire. Et
ille dixit. Dico tibi petre· nō cā
tabit hodie gallꝰ donec ter ab
neges nosse me. Et dixit eis.
Quādo misi vos sine sacculo ꝛ
pera et calciamentis. Nūquid
aliquid defuit vobis? At illi di
xerunt. Nichil. Dixit ergo eis.
Sed nunc q̄ habet sacculū tol=
lat similiter et perā. Et qui nō
habet vēdat tunicā suā· ꝛ emat
gladiū. Dico eni vobis qm̄ ad
huc hoc qd̄ scriptū est oportet
impleri in me. Et q̄ cū iniustis
deputatus est. Eteni ea q̄ scp=
ta sunt de me finē habent. At
illi dixert. Dn̄e ecce gladij duo
hic. At ille dixit eis. Satis est.
Et egressus ibat scd̄m consue=
tudinē suam in montem oliua
rū. Secuti sunt aūt illū et disci
puli eiꝰ. Et cū puenisset ad lo=
cū dixit eis. Orate ne intretis
in temptatōnē Et ille auulsus
est ab eis· quantū iactus est la-
pidis Et positis genibꝫ orabat
dicens. Pater si vis transfer a
me calicem istum. Verūtamen
non mea voluntas sed tua fi
at. Apparuit aūt illi angelus
de celo confortans eū· et factus
in agonia plixius orabat. Et
factus est sudor eius sicut gut=
te sanguinis decurrētis in ter-
ram· Et cum surrexisset ab ora
tione· et venisset ad discipulos
suos inuenit illos dormien-
tes p̄ tristicia et ait illis Quid
dormitis? Surgite orate ne in-
tretis in temptationē. Adhuc
eo loqn̄te Ecce turba et qui vo
cabatur iudas vnus de duode
cim an̄tecedebat eos. Et appropi
q̄uit ihū ut oscularet̄ eū. Ihs
āt dixit ei. Juda osculo tradis
filiū hoīs. Videntes aūt hij qui
circa ip̄m erant qd̄ futurū erat
Dixerūt ei. Dn̄e si pcutimus in

gladio? Et percussit vnus ex il
lis seruū principis sacerdotū ⁊
amputauit auriculā eius dex-
teram. Respōdens āt ihūs ait.
Sinite vsqꝫ huc. Et cū tetigis-
set auriculam eius sanauit eū
Dixit aūt ihūs ad eos qui ve
nerāt ad se principes sacerdo-
tum et magistratꝰ templi et se
niores. Quasi ad latronē exi-
stis cū gladijs ⁊ fustibꝫ cū quo
tidie vobiscū fuerim in templo
⁊ nō extendistis manus in me.
Sed hec est hora vestra et po-
testas tenebrarꝫ. Cōprehendē-
tes āt eū duxerūt ad domū pri
cipis sacerdotū. Petrus vero
sequebatur eū alōge Accenso āt
igne in medio atrij ⁊ circum-
sedentibus illis erat petrus in
medio eorū. Quem cū vidisset
ancilla sedentē ad lumen: ⁊ eū
fuisset intuita dixit. Et hic cum
illo erat. At ille negauit eū di
cens. Mulier non noui illum.
Et post pusillū alius vidēs eū
dixit. Et tu de illis es? Petrus
āt ait. O homo nō sum Et in
teruallo facto quasi hore vniꝰ
alius affirmabat dicens. Ve-
re et hic cū illo erat. Nam et ga
lileus est. Et ait petrꝰ. Homo
nescio quid dicis? Et cōtinuo
adhuc eo loquente · gallus cā-
tauit. Et conuersus dn̄s respe
xit petrū. Et recordatus est pe-
trus verbi dn̄i sicut dixerat qꝛ
prius qꝫ gallus cantet · ter me
negabis. Et egressus petrꝰ fo-
ras fleuit amare. Et viri qui te
nebant ihesum illudebant ei.
Et velauerunt eū et percutie-
bant faciem eius · et interroga
bant eū dicentes Prophetisa
quis est qui te percussit · et alia
multa blasphemātes dicebant
in eum. Et ut facta est dies cō-
uenerunt seniores plebis ⁊ pri
cipes sacerdotum et scribe ⁊ du
xerunt illum in concilium su-
um dicentes. Si tu es cristus
dic nobis. Et ait illis. Si dixe-
ro vobis nō credetis michi. Si
aūt interrogauero · non respō
debitis michi · neqꝫ dimittetis.
Ex hoc autē erit filius homis
sedens a dextris virtutis dei.
Dixerūt aūt om̄s. Tu ergo es fi
lius dei. Qui ait. Vos dicitis
quia ego sum. At illi dixerunt
Quid adhuc desideramus te-
stimoniū · ipi enī audiuimꝰ de
ore eiꝰ. Et surgens ois multi-
tudo eorꝫ. Duxerūt illū ad pila
tū Ceperunt autē accusare eum
dicentes. Hunc inuenimꝰ sub
uertentē gentem nostrā · et p-
hibentē tributa dare cesari · et
dicentem se xp̄m regē esse. Py-
latus autem interrogauit eū
dicens. Tu es rex iudeorꝫ? At
ille respondens ait. Tu dicis.
Ait aūt pilatus ad principes
sacerdotū et turbas. Nichil in-

uenio cause in hoc homīe. At
illi inualescebant dicentes. Cō=
mouit populū docēs p vniuer
sam iudeam· incipiēs a galilea
vsq; huc. Pylat⁹ aūt audiens
galileā interrogauit si homo
galileus esset. Et ut cognouit
ꝙ de herodis ptāte esset· remi=
sit eū ad herodē· q̄ et ipe ihe=
rosolimis erat illis dieb3. He=
rodes aūt visu ihesu gauisus ē
valde. Erat eni ex mlto tpe cu
piēs videre eū· eo ꝙ audierat
multa de illo· et sperabat ali=
quod signum videre ab eo fieri
Interrogabat aūt illū multis
sermonib3. At ipe nichil respō=
debat. Stabant aūt principes
sacerdotū ⁊ scribe ↄstāter accu=
santes eū. Spreuit aūt illū he
rodes cū exercitu suo· et illusit
indutū veste alba· remisit ad
pylatum. Et facti sunt amici
herodes et pylatus in ipa die
Nā antea inimici erāt ad inui
cem. Pylatus aūt conuocatis
principib3 sacerdotū et magi=
stratib3 et plebe dixit ad illos
Obtulistis michi hunc homi=
nem quasi auertentem popu=
lū Et ecce ego corā vobis inter
rogans eū nullam causam in
uenio in homīe isto: ex hijs in
quibus eū accusatis. Sed neq3
herodes. Nam remisi vos ad
illum. Et ecce nichil morti dig=
nū actū est ei Emendatū ergo
illum dimittam. Necesse āt ha
bebat dimittere eis p diē festum
vnū Exclamauit simul vniuer
sa turba dicens. Tolle hunc et
dimitte nobis barrabā. Qui e
rat ꝓpter seditionē quandā fa
ctam in ciuitate et homicidiū
missus in carcerem. Iterū aūt
pylatus locutus est ad illos·
volens dimittere ihesum. At
illi succlamauerunt dicentes.
Crucifige crucifige illū. Ille āt
tercio dixit ad illos. Quid eni
mali fecit iste? Nullam causam
mortis inuenio in eo. Corripi=
am ergo illū et dimittā At illi
instabant vocib3 magnis po=
stulantes ut crucifigeret. Et in
ualescebāt voces eoꝝ. Et pyla
tus adiudicauit fieri petitionē
eoꝝ. Dimisit aūt illis eū q̄ pro
pter seditionē ⁊ homicidiū mis
sus fuerat in carcerem quē pete
bant. Ihm̄ vero tradidit volū
tati eoꝝ. Et cū ducerent eū ap
prehenderūt symonē quendā
cyrenensem venientem de vil=
la· ⁊ imposuerūt illi crucē porta=
re post ihesum. Sequebatur il
lū multa turba ppli ⁊ mulierū
q̄ plangebāt ⁊ lamentabātur
eū. Cōuersus āt ihūs ad illas
dixit. Filie ihrl'm: nolite flere
sup me sed sup vosipas flete·
et sup filios vestros. Quia ecce
venient dies in quibus dicent
Beate steriles et ventres q̄ nō

genuerūt. et vbera q̄ nō lacta
uerūt. Tunc incipient monti-
bus dicere cadite super nos. et
collibus operite nos. q2 si in vi-
ridi ligno hoc faciūt. in arido
q̄d fiet? Ducebātur et alij duo
nequā cū eo. ut interficerentur
Et postq̄z venerūt in locum. q̄
vocatur caluarie locus. ibi cru
cifixerūt eū. Et latrones vnū
a dextris. et alterū a sinistris.
Jhesus aūt dicebat. Pater di
mitte illis q2 nesciūt quid faci-
unt. Diuidentes vero vestimē
ta eius miserūt sortem. Et sta
bat p̄plus expectās. et deride-
bant eū principes cū scribis di
centes. Alios saluos fecit seip-
sū saluū faciat. Si hic est xp̄s
filius dei electus. Illudebant
aūt ei ⁊ milites accedētes. ⁊ ace
tum offerentes illi et dicentes.
Si tu es rex iudeoꝝ saluum te
fac. Erat aūt et superscriptio
scripta sup illum litteris gre-
cis ⁊ latinis et hebraicis. Hic ē
rex iudeoꝝ. Unus aūt de hijs
qui pendebāt latronibus blas
phemabat eū dicens. Si tu es
xp̄s saluū te fac ⁊ nos. Respō-
dens autē alter increpabat eū
dicēs. Neq3 tu times deū q2 in
eadem dampnatōe es. Et nos
quidem iuste. nā digna factis
recepim9. Hic vero nichil ma-
li fecit. Et dicebat ad ihesum.
Domine: memento mei dū ve
neris in regnum tuū. Tunc di
cit illi ihesus. Amen dico tibi:
hodie mecū eris in paradiso.
Erat aūt fere hora sexta Et te
nebre facte sunt sūt in vniuer
sa terra vsq3 in horam nonā.
Et obscuratus est sol. et velū
templi scissum est medium. Et
clamans ih̄s voce magna
ait. Pater in manus tuas cō-
mendo spiritū meū. Et hec di-
cens expirauit. Uidens aūt cē-
turio q̄d fc̄m erat. glorificauit
deū dicens. Uere hic homo iu
stus erat. Et omnis turba eoꝝ
que simul aderant ad specta-
culū istud. et videbant que fie-
bant: percutientes pectora sua
reuertebant. Stabant aūt oēs
noti eius alonge. et mulieres
q̄ secute erāt eum a galilea hec
videntes. Hic legitur in modū
euāgelij. Et ecce vir nomine
ioseph qui erat decurio vir bo
nus ⁊ iustus. Hic nō consense
rat ɔsilio et actib3 eoꝝ. ab ari-
mathia ciuitate iudee. qui ex-
pectabat et ip̄e regnū dei. Hic ac-
cessit ad pylatū et pecijt corp9
ih̄u. et depositū inuoluit syndo
ne. et posuit eū in monumēto
exciso. In quo nondum quisq3
positus fuerat.

Dn̄e Offr̄. exaudi oratiōnē meam et clamor me
us ad te veniat.

Secretū.

Suscipe q̄s dn̄e mun9 ob-
latū et presta. ut q̄d passionis

misterio gerimus piis affecti-
bus assequamur. Per eu̅. Com.

Potum meu̅ cu̅ fletu temperaba̅ quia eleuans allisisti me et ego sicut fenu̅ arui tu au̅t in eternu̅ permanes tu exurgens misereberis syon quia venit tempus miserendi eius. Co̅pl'

Largire sensibus nostris omnipotens deus. ut per temporalem filii tui mortem qua̅ misteria veneranda testantur vita̅ te nobis dedisse perpetua̅ confidamus. Per eu̅. Sup p'l'm.

Respice q̅s dn̅e sup hanc familiam tuam. pro qua dn̅s noster ihesus xp̅us non dubitauit manibus tradi nocentu̅ et crucis subire torme̅tu̅. Qui te

Feria quinta presbiter induat solempniis vestibus. subdiaconus dalmatica et diaconus solempniter cantent introitum.

Nos au̅t gloriari oportet in cruce dn̅i nr̅i ih̅u xp̅i i quo est salus et vita et resurrectio nostra p quem saluati et liberati sumus. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis. illuminet vultu̅ suu̅ super nos et misereatur nostri. Gloria patri ut in festiuis diebus. Oratio.

Deus a quo et iudas traditus sui penam. et confessionis sue latro p̅miu̅ sumpsit. co̅cede nob' tue p̅piciationis effectu̅. ut sicut in passione sua ih̅us xp̅us dn̅s noster diuersa vtrisq3 impendit stipendia meritoru̅. ita nobis ablato vetustatis errore. resurrectionis sue gratiam largiatur. Qui te

Lectio epistole beati pauli ad Corinthios. i. corinthioru̅. xi.

Fratres. Conuenientibus vobis in vnu̅: ia̅ non est dn̅icam cena̅ ma̅ducare. Vnusquisq3 enim cenam suam presumit ad manducandu̅. Et alius quide̅ esurit. alius au̅t ebrius est. Nu̅quid domos no̅ habetis ad manducandu̅ et bibe̅dum? Aut ecclesiam dei conte̅nitis et co̅funditis eos qui non habent. Quid dica̅ vob'? Laudo vos. sed in hoc non laudo. Ego eni̅ accepi a dn̅o. q̅d et tradidi vobis. Q̅m dn̅s ihesus in qua nocte tradebat accepit pane̅ et gr̅as agens fregit et dixit Accipite et manducate. Hoc e̅ corpus meu̅ q̅d p vobis tradetur. Hoc facite in meam co̅memoratione̅. Similiter et calice̅ postq3 cenauit dicens. Hic calix nouu̅ testamentu̅ est i meo sanguine. Hoc facite quotiens cu̅q3 biberitis in mea̅ commemorationem. Quotienscu̅q3 ma̅ducabitis panem hunc et calicem biberitis. morte̅ dn̅i annunciabitis donec veniat. Itaq3 q̅cu̅q3 ma̅ducauerit pane̅ hu̅c vl' biberit calice̅ dn̅i idigne. reus erit corporis et sanguinis dn̅i.

Probet aūt seipm̄ homo · ⁊ sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui eni manducat et bibit indigne · iudiciū sibi manducat et bibit · non diiudicans corp⁹ dn̄i. Ideo iter vos multi imbecilles et infirmi · et dormiūt multi. Qđ si nosmetipos diiudicarem⁹ non vtiqȝ diiudicaremur. Dum autem iudicamur a domino corripimur · ut non cum hoc mundo dampnemur.

Cristus factus est pro no Gr. bis obediēs usqȝ ad mortem mortē autem crucis. ℣ Propter qđ et deus exaltauit illū et dedit illi nomen qđ est sup omne nomen. Ante euangeliū portātur candele ⁊ thuribulū ut mos est in festiuis diebus. Scđm Johannem. xiij.

Ante diem festum pasce sciens ihesus qȝ venit hora eius ut trāseat ex hoc mūdo ad patrē cum dilexisset suos q̄ erant in mundo · in finem dilexit eos. Et cena facta cū diabolus iam intrasset in cor · ut traderet eum iudas symonis scariothis. Sciens quia omnia dedit ei pater in manus · et quia a deo exiuit et ad deum vadit. Surgit a cena · ⁊ exuit vestimēta sua. Et cū accepisset lintheum: precinxit se. Deinde mittit aquam in peluim · ⁊ cepit lauare pedes discipulorū: et extergere lintheo quo erat precinctus. Uenit ergo ad symonē petrū Et dicit ei petrus. Dn̄e tu michi lauas pedes? Respondit ihūs et dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo · scies aūt postea. Dicit ei petrus. Non lauabis michi pedes in eternū. Respōdit ei ihesus. Si nō lauero te · non habebis partem mecum. Dicit ei symon petr⁹. Dn̄e nō tantū pedes meos · sed et man⁹ et caput. Dicit ei ihūs. Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet · sed est mūdus totus Et vos mundi estis sed nō omnes. Sciebat eni quisnā esset qui traderet eū. Propterea dixit. Non estis mūdi oēs. Post q̄ȝ ergo lauit pedes eorū · et accepisset vestimenta sua: cū recubuisset iterū dixit. Scitis qđ fecerim vobis. Uos vocatis me magister et dn̄e · et bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dn̄s et magister · et vos debetis alter alterius pedes lauare. Exemplum eni dedi vobis ut queadmodū ego feci vobis · ita ⁊ vos ita faciatis. Finito euāgelio dicat p̄sbiter. Dn̄s vobiscū Et cū spiritu tuo. Oremus. Offr.

Dextera dn̄i fecit virtutē dextera dn̄i exaltauit me non moriar sed viuam ⁊ narrabo opa dn̄i. Secr.

Ipse tibi qs̄us dn̄e sancte pater oīps deus sacrificiū reddat

acceptũ. qui discipulis suis in
sui commemorationẽ hoc fieri
hodierna traditione monstra
sti. ihesus xp̄s dñs nr̄. Qui te.

V Eterne de⁹ Qui **Prefatio.**
salutem humani generis in
ligno constituisti. ut unde mors o=
riebatur inde vita resurgeret Et qui
in ligno vincebat in ligno quoqz vi
ceretur. Per cristum dominum no=
strum.

In cena domini.

C ommunicantes et diem sa
cratissimũ celebrantes quo do
min⁹ nr̄ ihūs xp̄s pro nob̄ est
traditus. Sed et memoriã ve=
nerantes inprimis gloriose sp
virginis marie genitricis dei ⁊
dñi nostri ihū xp̄i. Sed et bea=
torũ apostolorũ. H anc igit̄
oblationẽ servitutis nr̄e. sed et
cũcte familie tue. quam tibi of
ferimus ob diẽ in qua dñs no=
ster ihūs xp̄s tradidit discipu=
lis suis corporis et sanguinis
sui misteria celebranda. Qs̄
dñe ut placatus accipias Qui
pridie q̄z pateretur pro nostra
oĩm salute hoc est hodie. acce=
pit panẽ in sanctas ac vene=
rabiles manus suas. *Et sic per
ordinẽ usqz.* P er omnia secula
seculorũ Amen. Pax dñi sit semp vo
biscũ. Et cũ spiritu tuo. *Tunc pre
sbiter dividat oblatas ad frã=
gendũ. reliquias ad servandũ
usqz mane diei parasceues.
Sanguis vero eadem die pe=
nitus consumatur choro canẽ
te.* Agnus dei qui tollis peccata mũ
di miserere nobis Agnus dei mise=
rere nobis. Agnus dei miserere no=
bis. *Absqz osculo pacis cõmu=
nicet.* **Communio.**

D ñs ihūs postquã cenavit cum
discipulis suis lavit pedes eorum et
ait illis. scitis quid fecerim vobis e=
go dñs ⁊ magister exemplũ dedi vo
bis ut et vos ita faciatis.

S Alicem sa= **Ad vesperas.**
lutaris accipiam et nomẽ do=
mini invocabo. *ps.* Credidi. *Añ.*
C ũ hijs qui oderũt pacẽ eram pa
cificus cũ loquebar illis impugna=
bant me gratis. *ps.* Ad dñm cũ.
Anthi. A b homĩbz iniquis libera
me dñe. *ps.* Eripe me domine.
Anti C ustodi me a laqueo quem
statuerũt michi et a scandalis ope=
rantiũ iniquitatẽ. *ps.* Dñe cla.
Anti. C onsiderabam ad dexterã
et videbam ⁊ nõ erat qui cognosce=
ret me. *ps.* Voce mea. *Ad mag
nificat antipho.* C enantibz
autẽ accepit ihesus panẽ benedixit
ac fregit dedit discipulis suis. *ps.*
Magnificat aĩa. **Cõplenda.**

R efecti vitalibus alimentis
sacris q̄s dñe de⁹ nr̄. ut qd̄ tpe
mortalitatis nostre exequim̄.
immortalitatis tue munere cõ
sequamur. P. **Sup populum.**

P ña q̄s oĩps de⁹. ut sic de pre=
teritis ad nova trãsim⁹. ita ve
tustate deposita sctĩficatis mẽ=

tibꝫ innouenmur. P dñm. Benedicamus dño Deo gratias. Benedictio non datur. Cum denudantur altaria cantent ṗxim. Circũdederunt me. Altaria vero

Ordo feria sexta in ipa die in hora nona illuminantur altaria vbi officium agitur. Conueniãt ãt oẽs ad ecclesiam ⁊ layci ad salutandam crucẽ. Et ꝑparat se sacerdos cũ ministris alijs ad ministrandũ diuina induti vestibꝫ quadragesimalibus. non nudis pedibꝫ. Non enĩ licet presbiterũ aut diaconũ aut subdiaconũ aut accolitũ altari seruire nudis pedibus. Procedẽs aũt sacerdos stet ad altare ĩ dextro cornu Et presbiteer statim ascendit ad legendum. et leget primam in osee ꝓpheciam sine pnũciatione tituli Osee. vj.

IN tribulatione sua mane cõsurgent ad me dicẽtes Venite reuertamur ad dominum. qꝛ ipse cepit et saluabit nos. percutiet et curabit nos. viuificabit nos post duos dies. et in tercia die suscitabit nos. et viuemus in conspectu eius. Sciemus sequemurqꝫ ut cognoscamus dñm. quasi diluculũ ꝑparatus est egressus eius. Et veniet quasi ymber nob tẽperaneus ⁊ serotinꝰ terre. Quid faciã tibi effraym: Quid faciam tibi iuda: Misericordia mea q̃si nubes matutia. et q̃si ros mane ptransiens. Propter hoc dolaui in ꝓphetis. et occidi eos in verbis oris mei. et iudicia mea quasi lux egredient. Quia misericordiã volui ⁊ non sacrificium. et scientiã dei plus q̃ꝫ holocaustũ. Tractus.

DÑe audiui auditũ tuũ et timui consideraui opera tua et expaui. In medio duũ animaliũ innotesceris dũ aduenerit tempus ostenderis. In eo dũ fuerit aĩa mea conturbata in ira misericordie memor eris. Deus a libano veniet et sanctus de monte vmbroso et ꝯdenso. Aperuit celos maiestas eius ⁊ laudis eius plena est terra. Finito tractu dicat sacerdos. Oremꝰ. et diaconus. Flectamus genua Leuate.

DEus qui peccati veteris hereditariam mortem in qua posteritatis genꝰ omne successerat. xp̄i filij tui dñi nostri passione soluisti dona. ut ꝯformes eidẽ facti siñ imaginẽ terrene nature necessitate portauimꝰ. ita imaginẽ celestis gratie sanctificatione portemus. Qui tecũ Lco absqꝫ pnũciatione Exodi. xij.

DIxit dñs ad moysen et aaron in terra egipti. Mensis iste vob principiũ mẽsiũ: primus erit in mensibꝫ ãni

Loquimini ad vniuersum ce-
tũ filiorũ israhel. et dicetis eis.
Decima die mensis huius tol
lat vnusquisq; agnũ ꝑ famili
am et domos suas. Sin ãt mi-
nor est numer⁹ ut sufficere nõ
possit ad vescendũ agnũ. assu
met vicinum suũ qui coniun-
ctus est domui ei⁹ iuxta nume-
rũ animarũ que sufficere pos-
sint ad esum agni. Erit eñi a-
gnus absq; macula masculus
anniculus. iuxta quẽ ritũ tolle
tis et hedum. et seruabitis eũ.
vsq; ad quartãdecimã diẽ mẽ-
sis huius. immolabitq; hedũ
vniuersa multitudo filiorũ isrl'
ad vesperũ. Et sument de san
guine. ac ponent sup vtrunq;
postem. et in supliminaribus
domorꝫ in quibꝫ comedent il-
lũ. Et edẽt carnes nocte illa as
sas igni. et azymos panes cũ
lactucis agrestib⁹. Non come
detis ex eo crudũ quicq̃; nec co
ctum aqua. sed assum tantum
igni. Caput cũ pedibus et in-
testinis vorabitis. et ossa eius
non ꝯfringetis. nec remanebit
quicq̃; vsq; mane. Si quid re-
siduum fuerit igni combure-
tis. Sic aũt comedetis illũ. Re
nes vr̃os accingetis. calciamẽ
ta portabitis in pedibꝫ. tenen
tes baculũ in manibꝫ. ⁊ comede
tis festinãter. Est eñi phase id
est transitus domini.

Eripe me dñe ab hoie Tractus.
malo a viro iniquo libera me. Qui
cogitauerunt malicias in corde to-
ta die constituerũt prelia. Acue-
runt linguas suas sicut serpẽtes ve
nenũ aspidum sub labijs eorum.
Custodi me dñe de manu pecca-
toris ⁊ ab hominibꝫ iniquis eripe
me. Qui cogitauerũt supplantare
gressus meos absconderũt superbi
laqueum michi. Et funes extende-
runt in laqueũ pedibus meis iuxta
iter scandalũ posuerunt michi.
Dixi dño deus meus es tu exau-
di dñe vocem orationis mee. Do
mine dñe virtus salutis mee obum-
brasti sup caput meũ in die belli.
Ne tradas me a desiderio meo pec
catori cogitauerũt aduersũ me ne de
relinquas me ne vnquã exaltentur.
Caput circuitus eorũ labor labio
rũ ipsorꝫ operiet eos. Verũtamen
iusti confitebũtur nomini tuo ⁊ ha-
bitabũt recti cũ vultu tuo.
Anteq̃; legatur passio ꝑparẽt
syndones duas inuicẽ sibi co-
herẽtes vel lintheũ sup nudũ
altare. ⁊ in eo versu in quo legi
tur. Partiti sũt vestimẽta mea
et scindas eas in modũ furan
tis hinc ⁊ inde. Dñs vobiscum
nõ dicitur. Nec passio dñi no-
stri ihesu xp̃i sed simpliciter.
Scd̃m Johannem. xviij.
Egressus ihesus cũ disci-
pulis suis trans torren-
tem cedron vbi erat ortus.

In quē introiuit ipē et discipu
li eius. Sciebat autem ⁊ iudas
qui tradebat eũ locũ· qꝛ frequē=
ter ihesus cõueniebat illuc cũ
discipulis suis. Judas autē cũ
accepisset cohortē et a pontifici=
bus et phariseis ministros· ve
nit illuc cũ laternis et facibꝫ et
armis. Sciēs itaqꝫ ihesus oĩa
que ventura erant sup eũ· pro
cessit ⁊ dicit eis. Quē queritis?
Responderũt ei. Jhesum naza=
renum. Dicit eis ihesus. Ego
sum. Stabat autē et iudas qui
tradebat eum cũ ipis. Ut ergo
dixit eis. Ego sum. Abierũt re
trorsum: et ceciderũt in terram.
Jterũ ergo eos interrogauit.
Quem queritis? Jlli autē dixe
rũt Jhesum nazarenũ. Respon
dit ihesus. Dixi vobis· qꝛ ego
sum. Si ergo me queritis: sini=
te hos abire. Ut impleret̄ ser=
mo quem dixit. Quia quos de=
disti michi· nõ ꝑdidi ex eis quē=
quã. Symon ergo petrus ha=
bens gladiũ: eduxit eum· et per=
cussit pontificis seruũ· et absci=
dit eius auriculã dextrã. Erat
autem nomen seruo malchus.
Dixit ergo ihesus petro. Mitte
gladiũ tuũ in vaginã. Calicem
quē dedit michi pater nõvis ut
bibam illũ? Cohors ergo et tri=
bunus ⁊ ministri iudeoꝝ cõpre
henderunt ihesũ· et ligauerunt
eũ· et duxerũt eũ ad annã pri=
mum. Erat autē socer cayphe
qui erat pontifex anni illius.
Erat autē cayphas qui cõsiliũ
dederat iudeis· qꝛ expedit vnum
hominē mori ꝓ populo. Seque
batur autē symon petrus ihesũ
et alius discipulus. Discipulus
autē ille erat notus pontifici· et
introiuit cũ ihesu in atriũ pon
tificis. Petrus autē ad ostium
foris stabat. Exiuit ergo disci=
pulus alius qui erat notus põ
tifici. Et dixit ostiarie et intro=
duxit petrũ. Dixit ergo petro an
cilla ostiaria. Nũquid et tu ex
discipulis es hoĩs istius? Dicit
ille. Nõ sum. Stabãt autem et
ministri eius ad prunas qꝛ fri=
gus erat ⁊ calefaciebãt se. Erat
autē cũ eis petrus· stans ⁊ cale=
faciens se. Pontifex autē inter
rogauit ihesũ de discipulis suis
et de doctrina eius. Rñdit ei ihe
sus. Ego palam locutus sum
mũdo. Ego semꝑ docui in syna
goga et in templo quo oĩes
iudei cõueniũt· et in occulto lo=
cutus sum nichil. Quid me in=
terrogas? Jnterroga eos q̃ au
dierũt quid locutus sum ipis.
Ecce hij sciũt que dixerim ego.
Hec aũt cũ dixisset vnꝰ assistēs
mĩstroꝝ· dedit alapã ihesu dicēs.
Sic respondes pontifici? Rñdit
ei ihesus. Si male locutus sum
testimoniũ ꝑhibe de malo. Si
autem bene: quid me cedis? Et

misit eũ annas ligatũ ad cay-
phã pontificẽ. Erat aũt symon
petrus stãs ⁊ calefaciens se. Di-
xerũt ergo ei. Nũquid et tu ex
discipulis eius es? Negauit il-
le et dixit. Nõ sum. Dixit ergo
vnus ei ex seruis pontificis co-
gnatus eiꝰ cuius abscidit auri
culã. Nõne ego vidi te in orto
cũ illo? Iterũ ergo negauit pe-
trus: et statim gallus cãtauit.
Adducũt ergo ihesum ad cay
phan in p̄toriũ. Erat autẽ ma
ne. Et ipsi nõ introierũt in p̄to
riũ: ut nõ ꝯtaminarẽtur: sed ut
mãducarẽt pascha. Exiuit ergo
pylatus ad eos foras: et dixit.
Quã accusationẽ affertis ad-
uersus hominẽ hũc. Responde-
rũt ⁊ dixerũt ei. Si nõ esset ma
lefactor: nõ tibi tradidissemus
eũ? Dixit ergo eis pylatus. Ac-
cipite eũ vos: et scd̄m legẽ ve-
strã iudicate eũ. Dixerũt ergo
iudei. Nobis non licet occidere
quenq̃ꝫ: ut sermo impleretur ihe
su quem dixit: significans qua
morte esset moriturus. Introi-
uit ergo iterũ in p̄toriũ pyla-
tus et vocauit ihesũ: et dixit ei.
Tu es rex iudeoꝝ? Rñdit ihesus
A temetipso hoc dicis: an alij
tibi dixerũt de me? Rñdit pyla-
tus. Nũquid ego iudeus sum?
Gens tua et pontifices tui tra-
diderunt te michi. Quid fecisti?
Respondit ihesus. Regnũ meũ
non est de hoc mũdo. Si de hoc
mũdo esset regnũ meũ: ministri
mei vtiqꝫ decertarẽt: ut nõ tra-
derer iudeis. Nũc autẽ regnum
meũ nõ est hinc. Dixit itaqꝫ py
latus. Ergo rex es tu? Respon
dit ihesus. Tu dicis: qꝛ rex ego
sum. Ego in hoc natus sum et
ad hoc veni in mundũ: ut testi
moniũ p̄hibeã veritati. Omnis
qui est ex veritate audit vocem
meã. Dicit ei pilatus. Quid est
veritas? Et cũ dixisset: iterum
exijt ad iudeos: ⁊ dixit eis. Ego
nullam in eo inuenio causam.
Est aũt cõsuetudo vob: ut vnũ
dimittã in pascha. Vultis er-
go dimittã vobis regẽ iudeoꝝ.
Clamauerũt rursũ omnes dicen
tes. Non hunc: sed barrabam.
Erat autem barrabas latro.
Tũc ergo app̄hendit pylatus
ihesũ: et flagellauit. Et milites
plectentes coronam de spinis:
imposuerunt capiti eius: ⁊ ve-
ste purpurea circumdederunt
eum: et veniebant ad eũ ⁊ dice-
bant. Aue rex iudeorũ. Et da-
bant ei alapas. Exijt ergo py-
latus iterum foras et dicit eis.
Ecce adduco eum vobis foras
ut cognoscatis: quia nullã in
eo inuenio causam. Exiuit er-
go ihesus portans spineã co-
ronã et vestem purpureã. Et
dicit eis. Ecce homo. Cũ ergo
vidissent eũ pontifices ⁊ mistri

Clamabāt dicentes. Crucifige
crucifige eū. Dicit eis pylatus.
Accipite eum vos et crucifigite
Ego vero nullā inuenio in eo
causam. Responderunt ei iudei.
Nos legē habemus. ⁊ secundū
legē debet mori. q̄ filiū dei se fe-
cit. Cū ergo audisset pylatus
hunc sermonē: magis timuit.
Et ingressus p̄torium: dicit ad
ihesū. Unde es tu? Ihesus autē
responsum nō dedit ei. Dicit ei
pylatus. Michi nō loqueris.
Nescis q̄ potestatē habeo cruci
figere te. et potestatē habeo di-
mittere te? Rūdit ihesus. Non
haberes potestatē aduersū me
vllam: nisi tibi datū esset desup
Propterea qui tradidit me ti-
bi: maius peccatū habet. Exinde
pylatus querebat eū dimittere
Iudei autē clamabāt dicentes.
Si hūc dimittis: nō es amicus
cesaris? Omnis qui se regē fa-
cit: cōtradicit cesari. Pylatus
autē cum audisset hos sermo-
nes. adduxit foras ihesum. ⁊ se
dit pro tribunali in loco qui di
citur lycostratos. hebraice aūt
gabatha. Erat autē parasceue
pasche hora quasi sexta. Et di
cit iudeis. Ecce rex vester. Illi au
tem clamabāt. Tolle tolle: cru
cifige eū. Dicit eis pylatus. Re
gem vestrū crucifigā. Respon-
derūt pontifices. Nō habemus
regē nisi cesarem. Tūc ergo tra
didit eis illū: ut crucifigeretur.
Susceperūt autē milites ihesū:
et eduxerūt. et baiulās sibi cru
cem exiuit in eū qui dicitur cal-
uarie locū. hebraice golgatha.
vbi eū crucifixerūt. Et cū eo ali
os duos hinc ⁊ hic. mediū aūt
ihesum. Scripsit autē et titulū
pylatus. et posuit sup crucem.
Erat autē scriptū. Ihesus na-
zarenus rex iudeorū. Hūc ergo
titulū multi legerūt iudeoꝝ. q̄
prope ciuitatem erat locus vbi
crucifixus ē ihesus. Et erat scri-
ptum hebraice. grece. et latine.
Dicebāt ergo pylato pontifices
iudeoꝝ. Noli scribere rex iudeo-
rum. sed q̄ ipse dixit. Rex sum
iudeoꝝ. Respōdit pylatus. Qđ
scripsi scripsi. Milites ergo cū
crucifixissent eū. acceperūt vesti
menta eius. et fecerūt quatuor
ptes: vnicuiqꝫ partē et tunicā.
Erat autē tunica incōsutilis de
super cōtexta ꝑ totū. Dixerunt
ergo ad inuicē. Non scindamꝰ
eam: sed sortiamur de illa cuius
sit. Ut impleretur scriptura di
cens. Partiti sunt vestimenta
mea sibi: et sup vestem meā mi
serūt sortē. Stabāt autē iuxta
crucē ihesu mater eius: et soror
matris eius maria cleophe. et
maria magdalene. Cū vidisset
ergo ihesus matrē et discipulū
stantē quē diligebat. dicit ma-
tri sue. Mulier. Ecce filiꝰ tuus.

Deinde dicit discipulo. Ecce ma
ter tua. Et ex illa hora accepit
eam discipulus in sua. Postea
sciens ihesus quia omnia cōsum
mata sūt: ut cōsūmaretur scriptu
ra dixit. Sitio. Vas ergo posi=
tum erat aceto plenū. Illi autē
spongiā aceto plenā ysopo cir=
cūponentes obtulerūt ori eius.
Cū ergo accepisset ihesus acetū
dixit. Cōsummatū est. Et incli=
nato capite: tradidit spiritum.
Judei ergo quia parasceue erat.
ut nō remanerent in cruce cor=
pora sabbato: erat enī magnus
dies ille sabbati: rogauerūt py
latū ut frangerētur eorum crura.
et tollerētur. Venerūt ergo mi
lites. et primi quidem fregerūt
crura. et alterius qui crucifixus
est cū eo. Ad ihesū autē cū ve=
nissent: ut viderūt eū iam mor=
tuū: non fregerunt eius crura.
Sed vnus militū lancea latus
eius aperuit. et cōtinuo exiuit
sanguis et aqua. Et qui vidit
testimoniū perhibuit. et verū est
testimoniū eius. Et ille scit quia
vera dicit. ut et vos credatis.
Facta sunt enī hec. ut scriptu=
ra impleretur. Os non cōminue
tis ex eo. Et iterū alia scriptu=
ra dicit. Videbūt in quē trans=
fixerunt. Hic legatur in modū euangelij

Post hec autē ro=
gauit pylatū ioseph ab arima
thia eo quod esset discipulus ihesu
occultus autē propter metū iudeo
rum: ut tolleret corpus ihesu. et
permisit pylatus. Venit ergo et
tulit corpus ihesu. Venit autē
et nicodemus qui venerat ad
ihesū nocte primū ferens mix=
turā mirre et aloes quasi libras
centū. Acceperūt ergo corpus
ihesu. et ligauerunt illud lin=
theis cū aromatibus. sicut mos
est iudeis sepelire. Erat autē in
loco vbi crucifixus est ortus. et
in orto monumentū nouū. in
quo nondum quisquā positus
fuerat. Ibi ergo propter parasce=
uen iudeorū. quia iuxta erat mo=
numentū: posuerunt eum.

Perlecta autē passione veniēs
sacerdos in dexterā partē eccle=
sie. et stās ante altare dicat has
orationes pro varijs necessitati=
bus. pronunciante dyacono per
singulas orationes Flectamus
genua. Leuate. Nisi pro iudeis
tantū nō flectātur genua. nec
respondeatur Amen. Oratio

Oremus dilectissimi nobis
pro ecclesia sancta dei: ut eā
deus et dns noster pacificare et
custodire dignetur toto orbe ter=
rarū. subiciens ei principatus
et potestates. detque nobis quie=
tam et trāquillam vitā degen
tibus glorificare deū patrē om
nipotentē. Oremus. Flectamus
genua.

Omnipotēs sem=
piterne deus. qui gloriā

tuã omnibꝫ in xp̄o gentibꝫ re-
uelasti: custodi opera misericor-
die tue. ut ecclesia toto orbe dif
fusa stabili fide in cõfessione tui
nois pseueret. Leuate. Ꝑ eun
dem dñm nostrũ.

Oremus et ꝑ beatissimo papa nr̄o
ut deus et dñs noster qui elegit
eũ in ordinẽ ep̄atus saluũ atqꝫ
incolumẽ custodiat ecclesie tue
sancte ad regendũ populũ san-
ctũ dei. Oremus. Flectamꝰ ge.

Omnipotens sempiterne deus. cuiꝰ
iudicio uniuersa fundã-
tur. respice ꝓpiciꝰ ad p̄ces nr̄as.
et electũ nobis antistitẽ tua pie
tate conserua. ut xp̄iana plebs
que tali gubernaꝛ auctore sub
tãto pontifice credulitatis sue
meritis augeaꝛ. Leuate. Ꝑ eũ.

Oremus et ꝑ omnibꝫ ep̄is
p̄sbiteris dyaconibꝫ aco-
litis exorcistis lectoribus ostia
rijs cõfessoribus virginibꝫ vi-
duis. et ꝑ omi ꝑp̄lo sancto dei.
Oremus. Flectamus genua.

Omnipotens sempiterne deus cuiꝰ
spiritu totũ corpus eccle
sie sanctificaꝛ et regitur. exaudi
nos ꝑ uniuersis ordinibꝫ sup
plicãtes. ut grãe tue munere ab
omnibꝫ tibi gradibus fideliter
seruiatur. Leuate. Ꝑ eũdẽ do.

Oremus et ꝑ xp̄ianissimo
imperatore nr̄o. ut deus
et dñs noster subditas illi fa-
ciat oẽs barbaras nationes ad
nostrã ꝑpetuã pacẽ. Oremus
Flectamꝰ genua

Omnipotens sempiterne deus. in cuiꝰ ma-
nu sũt omniũ potestates ⁊ oĩm
iura regnoꝝ. respice ad xp̄ianũ
benignus imperiũ. ut gẽtes que
in sua feritate cõfidũt: potentie
tue dextera cõprimanꝛ. Leuate

Oremus et ꝑ cathecuminis nr̄is. ut
deus ⁊ dñs nr̄ adaperiat aures
p̄cordioꝝ ip̄oꝝ. ianuãqꝫ mise-
ricordie sue. ut ꝑ lauacrũ rege-
nerationis accepta remissione
omniũ peccatoꝝ ⁊ ipsi digni in-
ueniãꝛ in xp̄o ihesu dño nr̄o.
Oremus. Flectamus genua.

Omnipotẽs sempiterne deꝰ
qui ecclesiã tuã noua sem
per prole fecũdas. auge fidẽ et
intellectũ cathecuminis nr̄is. ut
renati fonte baptismatis ad-
optionis tue filijs aggregen-
tur. Ꝑ eundẽ. Leuate.

Oremus dilectissimi nobis
deũ patrẽ omnipotentẽ ut
cũctis mundũ purget erroribꝫ
morbos auferat. famẽ depellat.
aperiat carceres. vincula dissol
uat. peregrinãtibꝫ reditũ. infir-
mãtibꝫ sanitatẽ. nauigantibꝫ
portum salutis indulgeat.
Oremus. Flectamus genua.

Omnipotens sempiterne
deꝰ mestoꝝ cõsolatio. la-
borantiũ fortitudo. ꝑueniãt ad
te p̄ces de quacũqꝫ tribulacõne

clamantiũ· ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiã tuã gaudeãt affuisse. Leuate.

Per eundẽ dñm.

dit vobis ut ego vadā Si ego
nō abiero paraclitus non ve-
niet ad vos. Si aūt abiero mit
tam eū ad vos. Et cū venerit
ille arguet mundū de peccato et
de iusticia et de iudicio. De pecca
to quidē qui non crediderūt in me
de iusticia vero. quia vado ad
patrem. et iam non videbi-
bitis me. de iudicio autem quia

princeps mundi huius iā iudi
catus est Adhuc multa habeo
vobis dicere: sed non potestis
portare modo. Cū aūt venerit
ille spūs veritatis: docebit vos
omnē veritatē. Non enim lo=
quitur a semetipso. sed quecūqꝫ
audiet loquetur. et que ventu
ra sunt annūciabit vobis. Il
le me clarificabit quia de meo
accipiet et annūciabit vobis.
Iubilate deo Offertor.
vniuersa terra. iubilate deo vniuer=
sa terra psalmū dicite nomini eius.
venite et audite et narrabo vobis om
nes qui timetis deū quanta fecit do
minus anime mee all'a. Secr.
Deus qui nos per huius sa
crificij veneranda commertia
vnius summeqꝫ diuinitatis p=
ticipes esse voluisti. presta que
sumus: ut sicut tuā cognosci=
mus veritatem sic digni eam
moribus assequamur. P dñm
Cum venerit paraclitus Com.
spiritus veritatis ille arguet mun=
dum de peccato et de iusticia ꝛ de iu
dicio all'a all'a.
Ade= Compl. sto nobis q̄s dñe deus noster
ut p hec que fideliter sumpsim9
ꝛ purgemur a vicijs ꝛ a pericu
lis omnibꝫ eruamur. P Feria
quarta Ad thessalonicenses.
Fratres .j. thessaloni. v.
Omnes vos filij lucis e
tis: et filij dei. Non sumus no
ctis neqꝫ tenebrarū. Igit non
dormiamus sicut ceteri: sed vi=
gilemus et sobrij simus. Qui
enī dormiūt: nocte dormiūt. ꝛ q̄
ebrij sunt nocte ebrij sūt. Nos
autem qui diei sumus. sobrij si
mus induti lorica fidei et cari=
tatis: et galea spei et salutis.
Quoniā nō posuit nos in irā
sed in acquisitionē salutis per
ihesum xp̄m dñm nostrū. qui
mortuus est pro nobis. ut siue
vigilemus siue dormiamus. si
mul cum illo viuam9 Propter
qd consolamini inuicē et edifi
cate alterutrū. sicut et facietis
in xp̄o ihū domino nostro.
In illo Scdm Johannē. xvij
tpe. Respiciens ihesus discipu
los suos dixit Pater sancte ser
ua eos in nomine tuo quos de
disti michi. ut sint vnum sicut
ꝛ nos. Cum essem cum eis: ego
seruabam eos in nomine tuo.
Quos dedisti michi custodiui
et nemo ex hijs perijt. nisi fili9
perdicionis: ut scriptura im=
pleatur. Nunc autem ad te ve
nio: et hec loquor in mundo. ut
habeāt gaudium meū imple=
tū i semetipis. Ego dedi eis ser
monē meū. et mūdus eos odio
habuit. quia non sūt de mūdo
sicut et ego nō sum de hoc mun
do. Non rogo ut tollas eos de
mundo. sed ut serues eos a
malo. De mundo non sunt si
cut et ego non sum de mundo.

Sanctifica eos in veritate. Ser mo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum: et ego misi eos in mundũ. Et pro eis sanctifico meipsm: ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis rogo tantum: sed ꝑ eis etiã qui credituri sunt per verbũ eoꝝ in me: ut omňs vnũ sint: sicut tu pater in me: ⁊ ego in te: ut ⁊ ipsi in nobis vnũ sint et mundus credat: q2 tu me misisti. Et ego claritatẽ quã dedisti michi: dedi eis ut sint vnum sicut et nos vnũ sumus. Ego in eis et tu in me: ut sint ꝯsummati in vnũ: et cognoscat mũdus quia tu me misisti: ⁊ dilexisti eos sicut et me dilexisti. Pater quos dedisti michi volo: ut vbi sum ego et illi sint mecum ut videãt claritatẽ meã quã dedisti michi: q2 dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste mundus te non cognouit ego aũt cognoui te. Et hij cognouerũt quia tu me misisti et notũ feci eis nomen tuũ: et notũ faciam: ut dilectio tua q̃ dilexisti me in ipsis sit ⁊ ego in ipsis. Feria sexta. Lectõ ep̃le beati iacobi ap̃li .iij.

Carissimi. Que desursum est sapientia: primũ quidẽ pudica: deinde pacifica: modesta: suadibilis: bonis consentiens plena misericordia et fructibus bonis: iudicans sine simulatõne. Fructus aũt iusticie in pace seminatur: facientibus pacem. Vnde bella et lites inter vos. Nõne hinc ex ꝯcupiscentijs vestris que militant in membris vr̃is. Concupiscitis et non habetis: occiditis ⁊ zelatis: ⁊ nõ potestis adipisci. Litigatis et belligeratis et non habetis: ꝓpter qd̃ non postulastis. Petitis ⁊ non accipitis: eo q꜄ peccatis.

In illo tp̃e. Scd̃m marcũ .x.

Offerebãt ihesu puulos ut tãgeret illos: discipuli autem cõminabãtur offerentibus. Quos cũ videret ihesus: indigne tulit. Et ait illis. Sinite paruulos venire ad me: et ne ꝓhibueritis eos. Taliũ est enĩ regnũ celoꝝ. Amen dico vobis: quisquis non receperit regnũ sicut paruulus non intrabit in regnũ celoꝝ. Et ꝯplexans eos: ⁊ imponens manus super illos benedicebat eos. Item aliud.

In illo tp̃e. Scd̃m Iohañ .xiij.

Dixit ih̃us discipulis suis. Filioli adhuc modicũ sum vobiscũ. Queritis me et sicut dixi iudeis: quo ego vado: vos nõ potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatũ nouũ do vobis ut diligatis inuicẽ: sicut dilexi vos: ut et vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes: quia discipuli mei estis si

dilectionem habueritis ad invicem. Dicit ei symon petrus domine quo vadis? Respōdit ihesus. Quo ego vado nō potes modo me sequi · sequeris aūt postea. Dominica quinta Introitus.

Vocem iocunditatis annūctiate et audiatur terra alleluia · nūctiate usqz ad extremū terre liberauit dūs pp̄lm suū all'a all'a ps · Jubilate deo omnis terra psalmū dicite nomini eius date gloriā laudi eius. Orō.

Deus a quo bona cuncta ꝓcedūt largire supplicibus tuis · ut cogitemus te inspirante que recta sunt · et te gubernante eadem faciamus. P

Lcō ep̄le bti iacobi apl'i · j

Carissimi. Estote factores verbi: ꝛ nō auditores tantum fallentes vosmetip̄os. Quia si quis auditor est verbi ꝛ nō factor · hic compabitur viro consideranti vultū natiuitatis sue in speculo. Consideravit eni se et abijt et statim oblitus est q̄lis fuerit Qui aūt ꝑspexerit in lege ꝑfecte libertatis · et ꝑmanserit in ea · nō auditor obliuiosus factus: sed factor opꝰis · hic sanctꝰ in facto suo erit. Si q̄s autē putat se religiosum esse · non refrenans linguā suā: sed seducens cor suū · huius vana est religio. Religio mūda ꝛ immaculata apud deū et patrem hec est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eoꝝ · ꝛ immaculatū se custodire ab hoc seculo. All'a · v̄ · Usqz modo nō petistis quicquā · petite et accipietis.

In illo t̄pe. Scdm Johañ · xvj

dixit ihūs · d · s · Amen amen dico vobis. Si quid pecieritis patrē meū in nomine meo: dabit vobis. Usqz modo non petistis quicq̄z in noīe meo · petite et accipietis: ut gaudiū vr̄m sit plenū. Hec in prouerbijs locutꝰ sum vobis. Venit hora cū iā non in ꝓuerbijs loquar vobis: sed palam de p̄re meo · ꝛ annūctiabo vobis. In illa die in noīe meo petetis. Et nūc dico vob · q2 rogabo patrē meum de vobis. Ipse eni pater amat vos · q2 vos me amastis · ꝛ credidistis q2 a deo exiui. Exiui a patre et veni in mundū: iterū relinquo mundum et vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eiꝰ Ecce nunc palam loqueris et prouerbium nullū dicis. Nūc scimus quia omnia scis et nō est opus tibi ut quis te interroget. In hoc credimus quia a deo existi. Offertorium

Benedicite gentes domio deo nostro · et obaudite vocem laudis eius · qui posuit animā suam ad vitam ꝛ non dedit commoueri pedes meos · benedictus dominꝰ qui non amouit

deprecationem meã et misericordiam su=
S uscipe dñe Secr. am a me.
fideliũ preces cum oblatioĩbus
hostiarũ. ut per hec pie devoti
onis officia ad celestem gloriã
transeamus. P. Com.
C antate domino all'a cantate et be
nedicite noĩ eius bene nũctiate de die
in diem salutare eius alleluia all'a.
T ribue nobis Compl'.
domine celestis mense virtute
saciatis. et desiderare que recta
sunt et desiderata percipe. Per
Feria scda in die rogatõnũ si
ue in letania maiori Introit⁹
E xaudivit dñs de templo
sctõ suo vocẽ meam. et cla
mor me⁹ in cõspectu ei⁹ in
troivit in aures ei⁹ all'a all'a. ps.
Diligã te dñe virt⁹ mea dñs firma=
mentũ meũ et refugiũ meũ. Nota
q Gloria in excelsis dicitur. Ky=
rieleyson pascale. Dñs vobis=
cum. Oremus.
P resta qs ops deus ut
qui afflictõne nostra de tua pi
etate confidim⁹: contra adver
sa oĩa tua semp protectione
muniamur. P. Lectio libri bea
ti Iacobi apostoli. v.
K arissimi. Confitemini al
terutrũ pcta vestra. et orate p
in vicẽ ut salvemini. Multum
enim valet deprecatio iusti assi
dua. Helyas homo erat simil'
nobis passibilis. et oratione o
ravit: ut non plueret super ter=
ram. et non pluit annos tres et
menses sex. Et rursum oravit
et celũ dedit pluviã et terra de=
dit fructũ suũ. Si quis aũt ex
vobis erraverit a veritate et cõ
verterit quis eũ. scire debet qm
qui cõverti fecerit pctõrem ab
errore vie sue. salvabit animã
suam a morte. et operit multitu
dinẽ peccatorũ. A ll'a v. Confi
temini dño qm bonus qm in seculũ
misericordia eius. Secũdũ luc. xi
I n illo tempe. Dixit ihũs disci=
pul' suis Quis vrm habebit a=
micũ. et ibit ad illũ media no=
cte: et dicit illi. Amice accomo=
da michi tres panes. qm ami=
cus meus venit de via ad me. et
non habeo quid ponã ante il=
lum. Et ille deintus rñdens di=
cat. Noli michi molestus esse
iam ostium clausum est. et pu
eri mei sunt in cubili. nõ possũ
surgere et dare tibi. Et ille si pse
veraverit pulsans. dico vobis
et si non dabit surgens: eo q a
micus sit eius. pter improbi=
tatem tamen eius surget et da=
bit ei quotquot habet necessa=
rios. Et ego dico vobis. petite
et diabtur vobis. querite et in
venietis. pulsate et aperietur
vobis. Omnis eñi qui petit ac
cipit et q querit ĩvenit et pul=
santi aperietur. Quis autẽ ex
vobis prẽm petit panẽ nũquid
lapidem dabit illi? Aut piscem

numquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si pecierit ouũ nũquid scorpionẽ porriget illi. Si ergo vos cũ sitis mali nostis bona data dare filijs vr̃is quantomagis pater vester de celo dabit spiritũ bonũ petenti

Confitebor dño Offᵽ bus se. nimis in ore meo: et in medio multorũ laudabo eũ qui astitit ad dexterã pauperis ut saluũ faceret a persequtibus animã meam all'a. Secr.

Hec munera q. d. et vincula nostre prauitatis abstergant et tue nobis misẽdie dona concili

Sacrifitiũ nostre Alid ent. seruitutis ieiunãtes tibi dñe persoluimus obsecrantes: ut eius virtute muniti semp ad diuinium celeste festinemus. Sciendũ q̃ p̃fatio ferialis dicitur. Comm̃.

Petite et accipietis querite et inuenietis pulsate et apietur vobis: omnis enim q̃ petit accipit et qui q̃rit inuenit et pulsanti aperietur alleluia.

Uota nostra qs̃ Compl'. dñe pio fauore prosequere ut dũ dona tua in tribulatõne percepimus de consolatõe nostra in tuo amore crescamus. P d̃

Ad aspgendũ p̃lm Introit'

Exurge dñe adiuua nos et libera nos ppter nomẽ tuum alleluia. ps. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annũciauerũt nobis. Orõ

Presta qs̃ oĩps deus ut q̃ in afflictione nr̃a de tua pietate confidimus: contra aduersa tua semp protectione muniamur.

Surgite san Anthi. mur. D. cti de mansionibus vestris: loca sanctificate: plebem benedicite et vos homines peccores in pace custodite.

Cum iocũditate exibitis et Añ: cũ gaudio deducemini nã et mõtes et colles exilient expectantes vos cũ gaudio all'a all'a. Item anth.

De iherusalem exeunt reliquie et saluatio di monte syon. ppterea protectio erit huic ciuitati et saluabitur ppter dauid seruũ tuũ all'a. Orõ.

Oremus dilectissimi nobis deũ p̃rem omnipotentẽ ut cũctis mundũ purget erroribus morbos auferat: famem depellat: aperiat carceres: vincula dissoluat: pegrinantibus reditũ: infirmantibus sanitatẽ: nauigantibus portũ: salutẽ indulgeat et pacẽ tribuat in diebus nostris: insurgentesq̨ repellat inimicos: et de manu inferni libera nos ppter nomen tuũ all'a Adiutoriũ Lux ppetua

Sequuntur orationes ad stationes. Primo de beata virgine. Oratio.

Deus qui culpas nostras pijs verberibus castigas: ut nos a nostris iniquitatibus mundes: da nobis de verbere tuo proficere: et intercedente dei genitrice maria de tua cicius consolatõ-

ne gaudere. Orem9 Flectam9.
Porrige nobis genua.
domine deus dexteram et
intercessione beate et gloriose sp
q3 virginis dei genitricis ma-
rie auxiliu͂ nobis superne virtu-
tis impende. P d. De sancto
Johanne baptista.
Presta q̄s o͞ps deus. ut
qui in afflictione nostra de tua
pietate confidimus: intercedente
te beato iohanne baptista con
tra omnia adversa muniamur.
Per d. Oremus Flectamus
Sancti iohannis genua
baptiste nos dn̄e preda
ra comitetur oratio. et quē ve-
turu͂ esse predixit poscat nobis
fore placatu͂. P d. Alia Orō.
Presta q̄s o͞ps deus. ut
familia tua per viam sa
lutis incedat. et beati iohānis
baptiste precursoris tui horta-
menta sectando: ad eu͂ quē p
dixit secura mente perveniat.
Oremus flectam9 genua.
Adesto dn̄e supplicationi-
bus nostris. et sperantes in tua
misericordia intercedente beato
iohāne baptista p̄cursore tuo:
pietatis tue indulgentiā conse
quamur. Per dominu͂. De an
Deus qui miro gelis orō.
ordine angelorum ministe-
ria hominu͂q3 dispensas. con-
cede propicius: ut a quibus tibi mi-
nistratur in celo semp assistit-
ab hijs in terra vita nr̄a muni
atur. Oremus flectamus ge-
Mentem familie tue nua.
q̄s dn̄e intervenientē be-
ato michaele archāgelo et mu-
nere compunctionis aperi: et lar
gitate pietatis exaudi. P d.
Deus q̄ De sancto petro.
beato petro ap̄lo tuo col
latis clavibus regni celestis ani
mas ligandi atq3 solvendi pō
tificiu͂ tradidisti: concede propici
us: ut intercessionis eius auxi-
lio a pctōr nr̄or nexibus libere-
mur. P d. Oremus flectamus
Presta quesum9 genua.
omnips de9. ut nullis nos
permittas perturbationibus
concuti. quos in apostolice confessi
onis petra solidasti. P dn̄m.
Protende De scto egidio.
q̄s dn̄e misericordiam tuā et
beati abbatis egidij intercessione
cui9 nos dedisti patrocinijs adiu
vari tribue. q̄s ut maiestatē
tuā iugiter pro nobis exoret.
Oremus Flectamus genua.
Deus qui culpas delinquē
tibus districte feriendo p
cutis. fletus quoq3 lugentium
nō recusas. ut q̄ pondus tue a
nimadversatiōis cognovim9
intercessiōe beati egidij abbatis
pietatis gratiā consequamur. P
De uno martire.
Deus refugiu͂ paupm spes
humiliu͂ salusq3 miserorum in

tercedente beato .N. cū omnibus
sanctis tuis supplicatōem ꝑpli
tui clementer exaudi. ut quos
instātia verboꝝ fecit afflictos:
habūdantia remedioꝝ faciat
ↄsolatos. P. De martire ꝛ pō.

Auxiliū nobis dn̄e placatꝰ
impende. ꝛ intercedente be
ato .N. martire tuo atqꝫ ponti
fice: dexterā sup nos tue maie=
statis extende. P do. Oremus

Clamantium flectamꝰ ge.
Quēs dn̄e p̄ces dignāter
exaudi. ut sicut niniuitis in af
flictione positis pepercisti: ita
etiā meritis beati .N. martiris
tui nobis in p̄nti tribulatiōe suc
currere. De scō adalberto.

Letetur eccl'ia tua deꝰ beati
adalberti martiris tui atqꝫ pō
tificis cōfisa suffragijs atqꝫ ei
p̄cibꝫ glo'sis. et deuota ꝑmane
at et secura ↄsistat. Oremus
Flectamus genua.

Omnipotens ꝛ misericors de
us q̄ peccātium aīas nō vis pe
rire sed culpas ↄtine quā mere
tur irā. ꝛ quā p̄camur sup nos
effunde clementiā tuā. ut de me
rore gaudiū tue mis'c'die cōseq̄
mereamur. De martiribꝫ

Maiestati tue nos dn̄e mar
tirū .N. et .N. supplicatio
conciliet. ut qui incessanter a=
ctibus nr̄is offendimus: iusto=
rū precibus expiemur. P do.
Oremus Flectamus genua.

Presta q. ops. deꝰ ut ad te to=
to corde clamātes inter=
cessionibꝫ sanctoꝝ martiꝝ tuo
rū .N. et .N. pietatis tue indul
gentiā consequamur. Per.

De sancto Nicolao.

Miserere miserere ꝑp'lo tuo
et ↄtinuis tribulationibꝫ labo
rantē btō nicolao intercedēn=
te ꝑpiciꝰ respirare concede. De

Omniū scōꝝ omnibꝫ scīs.
Qs dn̄e supplicatōne pla
catus ꝛ veniā delictoꝝ nr̄oꝝ tri
bue ꝛ remedia ↄcede sempiter=
na. P. Post oroēs legitur le
tania.

Humili p̄ce et since
ra deuotioque ad te clamātes.
xp̄e exaudi nos. Antiph. A rdua
spes mūdi solidatoꝝ ꝛ iclite celi xp̄e au
di nos. Scd̄m hunc modū. Ky
rieleyson. xp̄eleyson. xp̄e audi nos.
Scā maria ora ꝑ nobis ad dn̄m. xp̄e
audi nos. Itē Letaniā maioꝛ di
cit. Letaniā maiorē a scō gre=
gorio papa. vij. kl. may legi=
mus esse statutā ꝑpter imminē
tē romane vrbi celestis ire mu
cronē. ꝛ ꝑ importunitate belloꝝ
atqꝫ ad fruges ↄseruādas. et sic
ꝑ totū cantetur. ꝛ post hoc aūt
Lux ꝑpetua luce. ad īrroitū cho
ri inde .v. et coll. de omibꝫ scīs.

Feria tercia. Introitus. Voce
iocunditatis. per omnia dicit ut
iꝑo die. Gl'a in excel. ꝛ ꝑfatō pa
scal' et Ite missa. Orō.

Ieiunio hoc afflicti corpe ꝛ

corde contriti frequentamus ad te preces nostras clementissime deus ut cum corporali abstinentia nobis viciorum donetur · ut restricto corpore ab epulis tu q̄s refectio vera in nostris cordibus oriaris. P d. Ad thimo theū. j. thimo. ij

Karissimi Obsecro primum omnium fieri obsecrationes · orationes postulationes · gratiarum actiones pro omnibus hominibus pro regibus et omnibus qui in sublimi statu sunt: ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. Hoc enim bonum est et acceptum coram saluatore nostro deo: qui omnes homines vult saluos fieri · et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim deus: unus mediator dei et hominum. Homo cristus ihesus · qui dedit redemptionem pro omnibus semetipsum · pro omnibus testimonium temporibus suis · in quo positus sum ego predicator et apostolus · veritatem dico non mentior doctor gentium in fide et veritate · in xp̄o ihū dn̄o nr̄o. Scdm Matheū. vij.

In illo tempore · dixit ihūs discipulis suis. Petite et dabitur vobis. Querite et inuenietis · pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit · et qui querit inuenit et pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo · quem si pecierit filius suus panem: numquid lapidem porriget illi aut si piscem pecierit: numquid serpentem porriget illi? Si ergo vos cum sitis mali: nostis bona date dare filijs vestris quanto magis pater vester qui in celis est dabit bona petentibus se. Omnia ergo quecunque vultis ut faciant vobis homines · et vos facite eis. Hec est enim lex et prophete. Intrate per angustam portam: quia lata est porta et spaciosa via que ducit ad perditionem et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta et arta via que ducit ad vitam. et pauci sunt qui inueniunt eam. Secr.

Oblatis q̄s dn̄e placare muneribus et in hac solempnitate ieiuniorum a cunctis nos defende periculis. P. Compl.

Purifica q̄s dn̄e tuorum corda fidelium · ut a terrena cupiditate mundati: et presentis vite periculis exuantur et perpetuis donis firmentur. P. In vigilia ascensionis Introit⁹

Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis. Ps. Subiecit populos nobis et gentes sub pedibus nostris.

Presta q̄s omnipotens Orō. deus ut illuc nr̄e mentis intentio quo solempnitatis venture gloriosus auctor ingressus est semper intendat et qua fide pergit

conuersatione perueniat. P.

I Lectio actuū apostolorū.
N diebus illis. Multitudinis credentiū erat cor vnū ꝛ anima vna · nec quisq̄ȝ eorū q̄ possiderat: aliquid suū esse dicebat · sed erant illis om̄ia cōmunia. Et virtute magna reddebant apostoli testimoniū resurrectionis domini nostri ihesu xp̄i · ꝛ gratia magna erat in omnibus illis · neq̄ȝ enī quisq̄ȝ egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorū aut domorū erāt: vendentes afferebant p̄cia eorū que vendebant · et ponebant ante pedes apostolorū. Diuidebatur autē singulis · put vnicuiq̄ȝ opus erat. Alla. v̄. Om̄es gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis. Scd̄m iohā. xvij.

In illo tēpore. Subleuatis ihesus oculis in celum dixit. Pater venit hora clarifica filium tuum · ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis · ut omne quod dedisti: det eis vitam eternam. Hec est aūt vita eterna: ut cognoscant te solum verum deum: et quē misisti ihesum xp̄m. Ego te clarificaui super terrā · opus consummaui q̄d dedisti michi ut faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quam habui priusq̄ȝ mundus fieret apud te. Manifestaui nomen tuū hominibꝫ · quos dedisti michi de mundo. Tui erāt et michi eos dedisti · et sermonē tuū seruauerunt. Et nunc cognouerūt q̄ꝛ omnia que dedisti michi abs te sunt · q̄ꝛ verba q̄ dedisti michi dedi eis. Et ipsi acceperūt et cognouerūt vere q̄ꝛ a te exiui · et crediderūt q̄ꝛ tu me misisti. Ego pro eis rogo non pro mundo rogo · sed pro hijs quos dedisti michi · quia tui sunt · ꝛ mea omnia tua sunt · et tua mea sunt · et clarificatꝰ sum in eis. Et iā non sum in mūdo · et hij in mūdo sunt · et ego ad te venio.

V iri galilei quid admi Offert. ramini aspicientes in celū · hic ihūs qui assumptus est a vobis in celum sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in celum all'a.

S acrificium Secretū. tibi domine pro filij tui supplices venerabili quam preuenimus nunc ascensione deferimꝰ presta quesumus · ut nos per ipsum hijs ꝯmercijs sacrosanctis ad celestia surgamus. P.

P ater cum essem cū eis Com. ego seruabam eos quos dedisti michi all'a nunc aūt ad te venio nō rogo ut tollas eos de mūdo sed ut serues eos a malo all'a. Compl'.

T ribue quesumus dom̄e ut per hec sancta que sumpsimꝰ

illuc tendat nr̃e deuot̃onis affectus quo tecū est nostra substancia dominus noster ihūs cristus. Qui tecū:

In die ascensionis Introit⁹.

Viri galilei quid admiramini aspicientes in celū all'a. quemadmodū vidistis ascendentem in celum ita veniet all'a all'a all'a. p̃s. Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis.

Concede Oratio quēs omnipotens deus ut qui hodierna die vnigenitū tuū redemptorē nostrum ad celos ascendisse credimus. ipsi quoqz mente in celestibꝫ habitemus. P eundē. Lectio actuū apostolorū. j.

Primum quidē sermonē feci de omnibus o theophile. q̄ cepit ihesus facere et docere: vsqz in diē qua p̃cipiens apl'is per spiritū sanctū. quos elegit assumpt⁹ est. Quibus et prebuit seipm viuū post passionē suā in multis argumentis et per dies q̄draginta apparēs eis: ꝛ loqns de regno dei. Et conuescens p̄cepit eis ab iherosolimis ne discederent. sed expectarent promissionem patris. quā audistis inquit p os meū. Quia iohānes quidē baptisauit aqua. vos aūt baptisabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant interrogabant eum dicentes. Domine si in tempore hoc restitues regnū israhel? Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta: que pater posuit in sua potestate. sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos. Et eritis michi testes in iherusalē et in omni iudea et samaria. et vsqz ad vltimū terre. Et cum hec dixisset: videntibꝫ illis eleuatus est. ꝛ nubes suscepit eum ab oculis eorū. Cumqz intuerentur in celum: euntem illum. ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibꝫ albis. Qui ꝛ dixerūt. Viri galilei quid statis aspicientes in celū. Hic ihesus qui assumptus est a vobis in celū sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Alleluia. v̄. Ascendit deus in iubilatione et dominus in voce tube. Alleluia. v̄. Dominus in syna in sancto ascendens in altū captiuam duxit captiuitatem.

Secundū Marcum. xvj.

In illo tempore. Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis ihesus et exprobrauit incredulitatem eorum et duriciam cordis. q2 hijs qui viderant eum resurrexisse non

crediderūt. Et dixit eis. Euntes
in mundū vniuersum predica
te euāgeliū omni creature. Qui
crediderit et baptisatus fuerit
saluus erit. Qui vero nō credi
derit condempnabitur. Signa autem
eos qui crediderunt hec sequē-
tur. In nomine meo demonia
eicient. Linguis loquentur no
uis. serpentes tollēt. Et si mor
tiferū quid biberint nō eos no
cebit. Super egros manus im
ponent et bene habebunt. Et
dominus quidem ihesus postquam
locutus est eis. assumptus est
in celum. et sedet a dextris dei.
Illi autem profecti predicaue
rūt vbique domino cooperāte
et sermonē confirmante sequē
Ascendit Offer. tibus signis
deus in iubilatione et dominus in
Suscipe Secr. voce tube alleluia.
domine munera que pro filij tui
gloriosa ascensione deferimus
et concede propicius. ut a presen
tibus periculis liberemur et ad
vitam perueniamus eternam
Psallite domino Com. Per do.
qui ascendit sup celos celorū ad oriē
Presta nobis Compl. tem alleluia.
quesumus omnipotens et misericors deus.
ut que visibilibus misterijs su-
menda percepimus inuisibili cō-
sequamur effectu. Per dominum.
Feria sexta epistola. Fratres vnicui
que vestrum: require in vigilia ascē-
sionis. Secundum Lucam. xxiiij.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis
suis. Ego mitto promissum pa-
tris in vos. vos autem sedete in ci
uitate quousque induamini vir-
tute ex alto. Eduxit autem eos fo-
ras in bethaniam. et eleuatis ma
nibus suis benedixit eis. Et factum
est dum benediceret illis reces-
sit ab eis: et ferebatur in celum
Et ipsi adorantes ingressi sunt
in iherusalem cum gaudio mag
no. Et erant semper in templo
laudantes et benedicentes deum
De omnibus sanctis infra octa
uam ascensionis. Oratio.
Conserua domine sperantes
in te et perfice voluntatem tuam in nobis. ut clarifica
ti leticia ascensionis domini no
stri ihesu christi mereamur a dex-
tris tuis cum omnibus sanctis de
lectari. Per eundem. Secr.
Da nobis quesumus domine
semper per hec misteria gratu
laturi. et intercedente beata dei ge
nitrice virgine maria. cum omni-
bus sanctis tuis concede propicius.
ut continua nostre redemptionis
operatio perpetue nobis fiat causa
Da Compl. leticie. Per eundem.
nobis quesumus domine deus noster. ut
qui gloriosam ascensionem domini
nostri ihesu christi filij tui celebra
mus. meritis sancte eius dei
genitricis et virginis marie et
omnium sanctorum tuorum deuo
ti semper in tua laude viuamus.

Dominica post āscensionem

Exaudi domine vocē meā
qua clamaui ad te all'a ti
bi dixit cor meum quesiui
vultum tuum vultū tuū domine re
quirā ne auertas faciem tuā a me al
leluia all'a. p̄s. Dominus illumia-
tio mea et salus mea quē timebo.

OMnipotens Oratio
sempiterne deus: fac nos
tibi semper et deuotam gerere
voluntatem: et maiestati tue
sincero corde seruire. Per dn̄m

Lectio epistole beati petri apo
stoli. prima. petri. iiij.

KArissimi. Estote pruden-
tes et vigilate in oratio-
nibus. Ante oīa aūt mutuā
in vobismetipsis caritatē con-
tinuā habentes. quia caritas o
perit m'titudinē peccatorum. Ho
spitales inuicē sine murmura
tione. Unusquisq3 sicut acce-
pit gratiam in alterutrū illā
āministrātes. sicut boni dispen
satores multiformis gratie dei
Si quis loquitur quasi sermo
nes dei. Si quis ministrat tan
q̄3 ex virtute quā āministrat
de9. ut in omnib3 honorificet
deus per ihesum xp̄m dn̄m no-
strum. All'a. v̄. Dominus in sy
na in sancto ascendens in altū cap-
tiuā duxit captiuitatē. All'a. v̄.
Ascendo ad patrē meum et patrem
vestrum deū meū et deum vestrum.

Scd̄m iohannem. xv. et. xvi.

IN illo tp̄e. dixit ihesus discipu
lis suis. Cum venerit paracli-
tus quem ego mitto vobis a
patre spiritum veritatis qui a
patre procedit. ille testimoniū
phibebit de me et vos testimo-
niū phibebitis q2 ab initio me-
cū estis. Hec locutus sum vob
ut non scandalisemini. absq3
synagogis facient vos. Sed
venit hora ut oīs qui inter-
ficit vos arbitretur obsequiū
se prestare deo. Et hec facient vo
bis Quia nō nouerūt patrem
neq3 me. Sed hec locutus sum
vobis. ut cū venerit hora eorū
reminiscamini: quia ego dixi
vobis. Offer. Ascendit deus in iu
Sacrificia Secr. bilatione.
nos domine immaculata puri
ficent. et mentibus nostris su-
perne gratie dent vigorem. P
Commū. Pater cū essem cū eis.

Repletis domine Compl.
muneribus sacris da q̄s ut in
gratiarū actione semper ma-
neam9. Per dn̄m Feria quar-
ta Ad Hebreos. ii.

FRatres: Uidemus ihesū
propter passionē mortis glo-
ria 7 honore coronatū. ut gra
tia dei gustaret mortem. Dece
bat enim eum propter quem
omnia. per quem omnia. qui
multos filios in gloriam ad-
duxerat. auctorem salutis eorum
per passionem consummari.

ꝑpter quã causam non ↄfundi
tur fratres eos vocare dicens
Narrabo nomen tuũ fratribꝰ
meis: in medio ecclesie laudabo
te. Et iterum: Ego ero confi-
dens in eum. Et iterum. Ecce e-
go et pueri mei quos dedit mi-
chi deus · quia ergo pueri com
municauerunt carni ⁊ sangui
ni. Et ipse similiter ꝑticipauit
eisdem: ut ꝑ mortẽ destrueret eũ
qui habebat mortis imperium
id est dyabolũ · et liberaret eos
qui timore mortis ꝑ totam vi
tam obnoxij erant seruituti.
Nusq̃ȝ enĩ angelos apprehen-
dit · sed semẽ abrahe apprehen
dit. Unde debuit ꝑ oĩa fratri
bus similari ut misericors fie-
ret · et fidelis pontifex ad deum
ut reprobaret delicta ꝑpli. In
eo enĩ in quo passus est: ipe tẽ-
ptatus est · potẽs est eis qui tẽ-
ptantur auxiliari. Unde fratres
sancti vocationis celestis ꝑti-
cipes · ↄsiderate aplm̃ et ponti
ficem ↄfessiõis nr̃e ihm̃ xp̃m do
minũ nr̃m. Scd̃m iohan̄ · xv·
In illo tpe. Dixit ih̃us · d · s · Si
manseritis in me: ⁊ verba mea
in vobis manserint · quodcũ-
qȝ volueritis petetis: et fiet vo-
bis In hoc clarificatus est pa-
ter meus · ut fructũ plurimum
afferatis · et efficiamini mei di
scipuli. Sicut dilexit me pater
et ego dilexi vos. Manete in
dilectõne mea. Si ꝑcepta mea
seruaueritis: manebitis in di-
lectione mea. Sicut et ego pre
cepta p̄ris mei seruaui et ma-
neo in eius dilectione. Hec lo-
cutus sum vobis ut gaudium
meũ in vob sit et gaudiũ vr̃m
impleatur. Feria · vj · infra octa
uas ascensiõis. Lc̃o bti iohã · j ·
Kmĩ. Quod fuit ab iohã · j
initio quod audiuimus ·
qd̃ vidimꝰ. qd̃ oculis nr̃is ꝑspe
ximus · et manꝰ nr̃e contrecta-
uerunt de verbo vite · ⁊ vita ma
nifestata est · et vidimus et te-
stamur ⁊ annũciamus vobis
eternã vitã que erat apud pa-
trem · et apparuit nobis qd̃ vi-
dimus et audiuimus annũci
amus vobis ut et vos societa
tẽ habeatis nobiscũ · ⁊ societas
vestra sit cũ patre et filio eius
ih̃ũ xp̃o. Et hec scribimꝰ vobis
ut gaudeatis ⁊ gaudiũ vr̃m sit
plenũ in xp̃o ih̃ũ dñõ nr̃o.
In illo tpe. Scd̃m Iohan̄ · vij ·
In nouissimo die magne festi
uitatis stabat ihesus ⁊ clama-
bat dicens. Si quis sitit veni-
at ad me et bibat. Qui credit
in me · sicut dicit scriptura Flu
mina de ventre eius fluent a-
que viue. Hoc autem dixit ihe
sus de spũ: quẽ accepturi erant
credentes in eum. Nondũ enĩ
erat spũs datus · quia ihesus
nondũ fuerat glorificatus.

In vigilia sabbati penthecostes. Legitur prima lectio de abraham in libro genesis absqꝫ salutatione. xxij.

Temptauit deus abrahā et dixit ad eū. Abraham abraham. At ille respondit. Assū. Ait illi. Tolle filiū tuū vnigenitū: quē diligis ysaac. ⁊ vade in terram visionis. atqꝫ offeres eū ibi in holocaustū super vnū montiū quē monstrauero tibi. Igiť abrahā de nocte consurgens strauit asinū suū ducēs secū duos iuuenes ⁊ ysaac filiū suū. Cūqꝫ ꝯscidisset ligna in holocaustum abijt in locū quem ꝓceperat ei deus: Die aūt tercio eleuatis oculis. vidit locū procul. dixitqꝫ ad pueros suos. Expectate hic cū asino. ego et puer illuc vsqꝫ ꝑperantes. postq̄ꝫ adorauerimus reuertemꝰ ad vos. Tulit quoqꝫ ligna holocausti. ⁊ imposuit sup ysaac filium suū Ipse vero portabat in manibꝫ ignem et gladium: Cumqꝫ duo pergerent simul. dixit ysaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis et ligna: vbi est victima holocausti? Dixit abrahā. Deus prouidebit sibi victimā holocausti fili mi. Pergebant ergo pariter. venerūtqꝫ ad locū quē ostenderat ei deus. in quo edificauit altare. et desup ligna cōposuit. Cūqꝫ colligasset ysaac filiū suū. posuit eū in altari sup struem lignoꝝ. extenditqꝫ manū et arripuit gladiū ut immolaret filiū suū. Et ecce angelus dñi de celo clamauit dicens. Abraham abraham: Qui respondit assum Dixitqꝫ ei. Ne extendas manū tuā super puerū: neqꝫ facias ei quicq̄ꝫ. Nunc cognoui ꝙ timeas deum et non pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me. Leuauit abraham oculos viditqꝫ arietem inter vepres herentē cornibꝫ. Quē assumēs obtulit holocaustū ꝑ filio. Appellauitqꝫ nomē illius loci. dñs videt. vnde vsqꝫ hodie dicitur in monte dñs videbit. Vocauit aūt angelus dñi abrahā scđo de celo dicens Per memetipm iuraui dicit dñs. quia fecisti rem hanc. ⁊ non pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me. benedicā tibi et multiplicabo semen tuū: sicut stellas celi. et velut arenā que in littore maris est. Possidebit semē tuū portas inimicorum suorū. Et benedicentur in semine tuo oīs gentes terre. quia obedisti voci mee. Reuersus est abrahā ad pueros suos abieruntqꝫ bersabee simul inhabitauit ibi. Oremus flectamꝰ nō dicitur sed subsequens Orō.

Deus qui in abrahe famu
li tui opere humano ge-
neri obedientie exẽpla prebui-
sti. concede nobis et nostre vo
luntatis prauitatem frange-
re et tuoꝝ preceptoꝝ rectitudi
nẽ in omnibus adimplere. P.

Lc̃o. ij. deutronomij. xxxi

Scripsit moyses canticũ
⁊ docuit filios israhel. p̃cepitq̃
dñs iosue filio nun ⁊ ait. Con-
fortare et esto robustus. tu enĩ
introduces filios isrl' in terrã
quã pollicitus sum. et ego ero
tecũ. Postq̃ ergo scripsit moy
ses verba legis huius in volu
mine atq̃ compleuit. p̃cepitq̃
leuitis qui portabant archã fe-
deris dñi dicens. Tollite librũ
istũ ⁊ ponite illũ in latere arche
federis dñi. ut sit ibi contra te
testimoniũ. Ego enĩ scio ꝯten
tionẽ tuam: et ceruicẽ tuam du
rissimã. Adhuc viuẽte me ⁊ in
grediẽte vobiscũ semper con-
tentiose egistis ꝯtra dñm. quã
tomagis cum mortuus fuero.
Cõgregate ad me oẽs maio
res natu per tribꝰ vestras atq̃
sacerdotes et loquar audienti
bus eis sermones istos. ⁊ inuo
cabo contra eos celũ et terram
Noui enĩ q̃ post mortẽ meam
inique agetis. et declinabitis ci
to de via quã precepi vobis. et
occurrent vobis mala in extre
mo tpe. quando feceritis malũ
in conspectu dñi. ut irritetis eũ
per opera manuũ vestrarum.
Locutus ergo est moyses au-
diente vniuerso cetu filioꝝ is-
rahel verba carminis huius. ⁊
ad finem vsq̃ compleuit.

Attende celũ ⁊ loquar. Tractus
et audiat terra ex ore meo. ℣. Expe-
ctetur sicut pluuia eloquiũ meum et
descendant sicut ros verba mea qua
si ymber super gramina. et sicut nix
super fenũ quia nomen domini in-
uocabo. ℣. Date magnificentiã deo
nostro deus operatio vera eius. et
omnes vie eius iudicia ℣. Deus fi
delis in quo non est iniquitas iustꝰ
et sanctus dominus.

Lectio. iij. ysaie. iiij.

Apprehendent septem mu-
lieres virũ vnũ in illa die dicẽ
tes. Panem nostrũ comede-
mus. et vestimentis nostris o
periemur. Tantũmodo inuo-
cetur nomẽ tuũ super nos. au-
fer opprobriũ nostrũ. In die il
la erit germen domini in mag
nificentia et gloria. et fructus
terre sublimis et exultatio hiis
qui salui fuerunt de israhel. Et
erit omnis qui relictus fuerit
in syon. et residuus in iherusa-
lem sanctus vocabitur. omnis
qui scriptus fuerit in iherusa-
lem in vita. Si abluerit domi-
nus sordem filiarũ syon. ⁊ san
guinem in iherusalẽ de medio
eiꝰ in spiritu iudicij. et spiritu

ardoris. Et creauit dominus super omnem locum montis syon Et ubi inuocatus est nubem per diem et fumum et splendorem ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio et tabernaculum erit in umbraculo diei ab estu et in securitate et absconsione a turbine et a pluuia

V ineam facta est di- Tractus. lecto in cornu in loco uberi. V. Et maceriam circumdedi et circumfodi et plantaui uineam soreth et edificaui turrim in medio eius. V. Et torcular fodi in ea uinea enim domini sabbaoth domus israhel. Oratio.

D Eus qui nobis per prophetarum ora precepisti temporalia relinquere atque ad eterna festinare da nobis famulis tuis ut que a te iussa cognouimus implere celesti inspiratione citius valeamus. Lectio. Apprehendent septem mulieres ut supra. Tractus. Vinea facta. ut supra. Oratio.

D Eus qui nos ad celebrandum presentem festiuitatem utriusque testamenti pagis instruis. da nobis intelligere misericordiam tuam. ut ex perceptione presentium munerum firma sit expectatio futurorum. Per dominum. Lectio iii.

A Udi israhel Baruch iii. mandata vite: auribus percipe ut scias prudentiam. Quid est israhel quod in terra inimicorum es inueterasti in terra aliena? Coinquinata es cum ydolis. cum mortuis deputatus es cum hijs qui in inferno sunt dereliquisti fontem sapientie. Nam si in via dei ambulasses habitasses utique in pace super terram. Disce ubi sit sapientia. ubi sit prudentia ubi sit virtus. ubi sit intellectus ut scias simul ubi sit longanimitas vite et victus. ubi sit lumen oculorum et pax. Quis inuenit locum eius. et quis introiuit in thesauros eius? Ubi sunt principes gentium et qui dominantur super bestias que sunt in terra. Qui in auibus celi ludunt. qui argentum thesaurisant. et aurum in quo confidunt homines. et non est finis possessionis eorum. Qui argentum fabricant et solliciti sunt nec est inuentio operum illorum. Et tamen exterminati sunt: et ad inferos descenderunt. et alij in eorum loco surrexerunt. Juuenes viderunt lumen. et habitauerunt super terram. Uiam autem discipline nescierunt. neque intellexerunt semitas eius. neque susceperunt eam filij eorum. a facie eorum longe facta est. Non est audita in chanaan neque visa est in theman. Filij quoque agar qui exquirunt prudentiam que de terra est. negociatores terre. et theman et fabulatores. et exquisitores pru-

deutie et intelligentie. Viam aūt
sapientie nescierūt. neq3 memi
nerūt semitaꝝ eius. O israhel
quā magna domus dei et ingēs
locus possessionis eius. Mag
nus et non habens consūma-
tionem. excelsus et immensus.
Ibi fuerunt gygantes nomina
ti. illi ab initio qui fuerūt statu
ra magna scientes bellū. Nō
hos elegit dominus. neq3 viam
discipline inuenerūt. ꝓpterea
perierunt. Et qm̄ non habue-
rūt sapientiam interierūt pro
pter suā insipientiā. Quis as-
cendit in celos. et cepit eā et edu
xit eā in nubibꝫ? Quis trans-
fretauit mare et inuenit eā. et tu-
lit eā sup aurū electū? Non est
qui sciat viam eius. neq3 qui ex
quirit semitas eiꝰ. sed qui scit
vniuersa nouit illā. et adinue
nit eam prudentia sua. Qui ꝑ-
fecit terram in sempiterno tp̄e
et adimpleuit eam pecudibꝫ et q̄
drupedibꝫ: qui emittit lumen et
vadit et vocat illud et obau-
dit illi in timore. Vocauit eā et
audiuit eum in tremore. Stelle
aūt dederunt lumen in custo-
dijs suis. Letate sunt vocate
sunt. Et dixerunt. Assumus.
Et luxerunt ei cum iocundita-
te qui fecit illas. Hic deus no-
ster et non estimabitur aliꝰ ad il
lum. Hic adinuenit oēm viam
discipline. et dedit illam iacob
puero suo et israel dilecto suo
post hec super terram visus est
et cum hominibus cōuer-
satus est. Orō.
Deus incōmutabilis virtus et lumē
eternū respice ꝓpicius. ad toti
us ecclesie mirabile sacramen-
tū et da famulis tuis. ut hoc qd̄
deuote agimus: etiā rectitudie
vite teneamus. P. Tractus.
Sicut ceruus desiderat ad Orō.
Concede qs̄ oṁs deꝰ. ut
qui solempnitatem doni
spiritus sancti recolimus celesti
bus desiderijs accensi fonte vi
te sumamꝰ. P. Finitis lectioni
bus descendatur ad fontem cū
letania. Hymnus.
Rex sanctorū angelorū. Totū
mundum adiuua. Chorus. Rex
sanctorū. v. Ora primum tu ꝓ nob
virgo mater germinis et ministri pa
tris summi ordines āgelici. v. Sup
plicate xp̄o regi cetus apostolici sup
pliceq3 p magnorꝝ sāguis fusus mar
tirum. v. Implorate confessores cō
soneq3 virgines quo donetur mag-
ne nobis tempus indulgentie. v.
Omnes sancti atq3 iusti vos preca-
mur cernui. ut purgetur omne cri-
men nostro sub examine. v. Hu
ius xp̄e rector alme plebis vota susci
pe qui plasmasti prothoplastum et
genus gignentium. v. Mitte sā
ctum nunc amborum spiritum pa-
raclitum in hanc plebem quam re-
center fons baptismi parturit.

v. Fac in terra fontis huius sacrã-
tum misterium qui pfluit cum cru
ore sacro xpi corpore. v. Ut letetur
mater sancta tota nunc ecclesia ex p
fectu renascentis tante multitudi-
nis. v. Presta patris atqz nati cõ-
par sancti spiritus voto solum sem
per omni diligamus tempore.
Tunc dicat cantor alta voce.
kyryeleyson. Deinde omnibus
accensis luminibz procedet pre
sbiter cum ornatu dei ad altare
et dicat Gloria in excelsis. Et sic
pagitur missa cũ all'a et tractu
ordine suo sicut in sacramen-
tario cõtinetur. Ordo ad mis-
sam. Orõ.
Presta quĩs
omĩs deus ut claritatis tue
sup nos splendor effulgeat. et
lux tue lucis corda eorũ qui per
gratiã tuam renati sũt. sancti
spũs illustratione confirmet.
P. Lẽo Actuũ apostolorũ. xix
In diebz illis. Factũ est cũ apol
lo esset corinthi et paulus pera
gratis supioribz partibz veni-
ret ephesum. Et inuenit quos-
dã discipulos et dixit ad eos.
Si spm̃ sctm̃ accepistis creden-
tes? At illi dixerũt ad eũ. Sed
neqz si spũs est sanctus audiui
mus. Ille vero ait. In quo er
go baptisati estis? Qui dixerũt.
In iohannis baptismate. Di-
xit aũt paulus. Johannes ba
ptisauit baptismo penitentie
populũ dicens. In eũ qui ven
turus esset post ipm ut crederẽt
hoc est in ihesum. His audi-
tis baptisati sunt in noĩe dñi
ihesu. Et cũ iposuisset illis ma
nũ paulus. venit spũs sanctus
super eos. et loquebantur lin-
guis et prophetabant. Erant
aũt omñes viri fere duodecim.
Ingressus aũt synagogã pau
lus. cũ fiducia loquebatur per
tres menses. disputans et sua
dens de regno dei. Alla. v. Con
fitemini dño qm̃ bonus qm̃ in secu-
lũ miscdia eius. Tractus.
Laudate dñm omñs gentes et col-
laudate eũ omñs populi. v. Qm̃ con
firmata est super nos miscdia eius et
veritas dñi manet in eternum.
Secundũ Johannem. xiiij.
In illo tpe. dixit ihesus discipu
lis suis. Si diligitis me man-
data mea seruate et ego roga
bo patrem et alium paraclitum
dabit vobis ut maneat vobis
cum ineternũ. Spiritum veri-
tatis quem mundus non po-
test accipere quia non videt eũ
nec scit eũ. Vos aũt cognosce-
tis eũ quia apud vos manebit
et in vobis erit. Non relinquã
vos orphanos veniã ad vos
Adhuc modicum et mundus
iam me non videt. Vos autem
videtis me. quia ego viuo et
vos viuetis. In illa die vos
cognoscetis quia ego sũ in pa
tre meo et vos in me et ego in

vob. Qui habet mandata mea et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me dili getur a patre meo. Et ego dili gam eum. et manifestabo ei me

E mitte spiritū tuū **Offer.** ipm. et creabuntur et renouabis faciē ter re sit gloria domini in secula alla.

V irtute sancti spūs **Secr.** domine munera nostra contin ge. ut qd solēpnitate pñti tuo nomini dedicam9. et intelligibi le nobis facias et eternū. P d.

Prefatio. Qui ascendens sup oēs celos sedensq3 ad dexteram tuam pmissum spiritū sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter, pfusis gaudijs totus in orbe terrarū mūdus exultat. Sz et superne virtutes atq3 angelice potestates ymnū glorie tue concinunt sine fine dicentes. **Infra actionē**

C ommunicātes et diē sacra tissimū celebrantes quo spiri tus sanctus apostolos plebem q3 credentiū pñtia sue maie statis impleuit. Sed et nemo.

H anc igitur oblationē ser uitutis nostre sed et cuncte fa milie tue quā tibi offerimus pro hijs quoq3 quos regenerare di gnatus es ex aqua et spiritu sancto tribuens eis remissio nē omniū peccatorum. Quesum9.

V ltimo festiui **Com.** domine. tatis die dicebat ihūs qui in me cre dit flumina de ventre ei9 fluent aque viue hoc aūt dixit de spū quem ac cepturi erāt credentes in eū all'a all'.

P resta quesum9 **Compl.** omnipotēs deus ut spiritus sanct9 aduenies maiestatē filij tui no bis manifestādo clarificet Qui tecū et cum eodem dño nostro.

In die sancto ad missā intro.



Spiritus dñi reple uit orbē terrarum all'a et hoc qd ptinet oia scien tiā habet vocis all'a all'a all'a. **ps.** Cōfirma hoc deus qd opatus es in nob a tē plo sācto tuo qd est in ihrl'm. **Orō.**

D Eus q̄ hodierna die cor da fideliū sancti spūs illu stratione docuisti: da nobis in eodē spiritu recta sapere et de eius semper cōsolatione gau dere. Per dñm. **Lectio actuum apostolorū. ij.**

In diebus illis. Dum cō plerentur dies penthecostes e rant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est re pente de celo sonus. tanq3 ad uenientis spiritus vehemen tis. et repleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparue runt illis dispertite lingue tan q3 ignis. seditq3 supra singu los eorum. Et repleti sunt oēs

spiritu sancto: et ceperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem habitantes in iherusalem: iudei religiosi ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac voce convenit multitudo et mente confusa est, quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes et mirabantur dicentes. Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galilei sunt. Et quomodo nos audivimus unusquisque linguam nostram in qua nati sumus. Parthi et medi et elamite et qui habitant mesopotamiam iudeam et capadociam pontum frigiam et asiam syriam et pamphiliam egiptum et partes libie que est circa cyrenen, et advene romani. Iudei quoque et proseliti, cretes et arabes. Audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei.

Alleluia. V. Mitte spiritum tuum et creabuntur et renovabis faciem terre.

Item aliud. Alleluia. V. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende.

Secundum Johannem. xiiii.

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis Si quis diligit me sermonem meum servabit: et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis: apud vos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia quecunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis. Non turbetur cor vestrum neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis. Vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis utique, quia vado ad patrem quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius: et in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem et sicut mandatum dedit michi pater sic facio. Offertorium.

Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo sancto tuo quod est in iherusalem tibi offerent reges munera alleluia. Secretum.

Munera quesumus domine oblata sanctifica, et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per. Prefatio ut supra

Qui ascendens super omnes. Communicantes et diem sacratissimum

penthecostes celebrantes quo spūs scūs apl'is innumeris li-guis apparuit. Sed. Hanc igi tur oblationem servitutis no-stre. Sed et cuncte. Commū.
Factus est repente de celo sonus advenientis spiritus vehemētis ubi erāt sedentes all'a et repleti sunt oēs spū sancto loquentes magnalia dei
Sancti Compl'. alleluia all'a.
Spiritus dn̄e corda nostra mū-det infusio et sui roris intima aspersiōne fecundet. P dūm.
Deus qui sacramento Alia festivitatis hodierne univer-sam ecclesiam tuam in omni ge nere et natione sanctificas in totam mundi latitudinē spūs tui dona diffunde. P. Feria. ij.
Cibavit eos dn̄s ex adipe frumenti all'a et de petrā melle saturavit eos all'a all'a all'a. ps. Exultate deo adiuto ri nostro iubilate deo iacob.
Deus qui apl'is Oratio. tuis sanctum dedisti spiri tum concede plebi tue pie petiti onis effectum. ut quibus dedi-sti fidem largiaris et pacem. P
Lectio actuū apostolorū. x.
In diebus illis. Aperiens pe-trus os suū dixit. Viri fratres et patres nobis precepit domi nus predicare populo. et testi-ficari q2 ipse est qui constitutus est a deo iudex vivorū et mor-tuorum. Huic oēs phete testi-moniū phibent remissionē pec-catorum accipe p nomē ei9 omnes qui credūt in eū. Adhuc loqn̄-te petro verba hec. cecidit spūs sanctus sup omnes qui audie bant verbū. Et obstupuerunt ex circūcisione fideles qui vene-rant cū petro q2 et in nationes gratia spiritus sancti effusa est Audiebant eni illos loquen-tes linguis et magnificantes deū. Tunc respondit petrus. Nūquid aquā quis prohibere potest ut nō baptisentur hij: q spm̄ scm̄ acceperūt sicut ⁊ nos. Et iussit eos baptisari in noīe dn̄i ihesu xp̄i. All'a. v. Spiritus domini replevit orbem terrarum all'a et hoc quod continet om̄ia scientiā habet vocis. Scdm Johan. iij.
In illo tp̄e dixit ihesus discipul' suis. Sic de9 dilexit mundū. ut filiū suū unigenitum daret. ut omnis qui credit in eum nō pe reat. sed habeat vitam eternā. Nō eni misit filiū suū in hunc mundū: ut iudicet mundū sed ut salvet mundus p ip̄m. Qui credit in eū nō iudicatur. Qui aūt nō credit iā iudicat9 est qui nō credit i noīe unigeniti filij dei. Hoc est āt iudiciū. q2 lux ve nit in mundū. Et dilexerūt ho mines magis tenebras q̄z lu-cem. Erāt eni eorum mala opera Oīs eni q̄ male agit odit lucē et non venit ad lucem. ut non

arguantur opera ei⁹. Qui autem facit veritatē venit ad lucem. ut manifestentur ei⁹ opera q: in deo facta sunt. Offr.

Intonuit de celo dominus et altissimus dedit vocem suam et apparuerunt fontes aquarū alleluia.

Propicius dn̄e q̄s Secrt̄ū. hec dona sanctifica ꝫ hostie spiritualis oblatōe suscepta nosmetip̄os tibi perfice mun⁹ eter.

Spiritus sanct⁹ Commū. nū. docebit vos alleluia quecūq3 dixero vobis all'a all'a. Complend.

Adesto dn̄e q̄s p̄plo tuo et quē celestib3 misterijs imbuisti ab hostiū furore defende. Per.

Feria quarta Intro.

Accipite iocunditatē glorie vr̄e all'a. grās agētes deo alleluia qui vos ad celestia regna vocauit all'a all'a all'a. p̄s. Attendite p̄p̄le meus legem meā inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Assit nobis dn̄e Oratio. q̄s v̄tus sp̄us sancti. q̄ et corda nr̄a clementer expurget et ab omnib3 tueatur aduersis. P dn̄. Lectio actuū apostolorū. viij.

In diebus illis. Cū audissent ap̄li qui erāt iherosolimis. q: recepit samaria verbū dei. miserunt ad eos petrū et iohānē. qui cū venissent orauerūt pro ipsis ut acciperent spiritū scm̄. Nōdū eni in quenq̄ illorū venerat. sed baptisati tantū erāt in nomine domini ihesu. Tūc imponebāt man⁹ sup illos ꝫ accipiebāt sp̄m scm̄.

All'a. v. Paraclitus sp̄us sanct⁹ quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnem veritatem.

In illo tp̄e di Scdm Johan̄. x. xit ihesus d. s. Amen amē dico vobis. qui non intrat p ostiū in ouile ouiū sed ascendit aliunde ille fur est ꝫ latro. Qui āt intrat p ostiū pastor est ouiū. Huic ostiarius aperit. et oues vocē eius audiūt. Et p̄prias oues vocat nominati. et educit eas. Et cū p̄prias oues emiserit. āte eas vadit: ꝫ oues illū sequūtur q: sciūt vocē eius. Alienū āt nō sequūtur. sed fugiūt ab eo. q: non nouerūt vocem alienorū. Hoc puerbiū dixit eis ihūs. Illi āt nō ɔgnouerūt q̄d loq̄retur eis Dixit ergo iterum eis ihūs. Amē amē dico vobis q: ego sum ostiū ouiū. Om̄es quotquot venerunt ante me fures sunt et latrones. sed nō audierūt eas oues. Ego sum ostiū. Per me si quis introierit saluabitur. ꝫ ingredie͛t et egredietur: et pascua inueniet. Fur aūt nō veniet nisi ut furetur ꝫ mactet ꝫ p̄dat Ego veni ut vitā habeāt ꝫ habūdantius habeāt.

Portas celi ape Offr. ruit dn̄s et pluit manna ut ederēt panē celi dedit illis panem angelorū

manducauit homo all'a. Secretũ.
Purificet nos dñe q̄s mu-
neris p̄ñtis oblatio. et dignos
sacra p̄ticipatio p̄ficiat. Com.
Spirit⁹ qui a patre procedit all'a
ille me clarificabit all'a all'a Cōpl.
Mentes nostras q̄s domi
ne sc̄ũs sp̄ũs diuinis reparet
sacramētis. q̄z ip̄e est remissio
oīm pc̄coꝝ. P. Feria. iiij tp̄m
si euenerit in sc̄o sabbato pē
thecostes presbiter sicut in ip̄o
sc̄o die cantet. Gloria in excelsis.
Flectamus genua ad oīa non
dicitur. Lector vero in priori le
ctione non p̄nunciat titulū ꝫ
ꝯtinuo a capite incipit more le
gentis. In diebꝫ illis. Stans.
seu ut quidā volunt illā lectio
nē de sapiētia. sap. j. Dixit salo
mon. Seq̄tur All'a. Verbo dñi.
Deinde all'a oratio et lectio cū
p̄nūciatōe ut mos est ecc̄iaꝝ.
Legit̄ et all'a quodcūqꝫ volue
ris de festiuitate. Post euange
liū vero presbiter dicit. Credo.
Sabbato aūt simili modo. Gl'a
in excelsis. Flectam⁹ genua nō
dicitur ut supra in quatuor tē-
poribus. Ad omnes oratiōes
nō dicit̄ flectam⁹ genua. vel le
ctio. in quīta seq̄ntibꝫ lc̄ōnibus
p̄nūciat. Post singulas vero
lectiones singula cātentur ad
ipsum diem penthecostes per-
tinentia. Post lectionem dani
elis cantetur Alleluia. Bene-
dictus ēs. Deinde sequitur ora-
tio. Deus qui tribus. Ad sextā
vero lectionem lector prouūcī
et. Lectio actuum apostolorū.
Deinde sequitur Alleluia. Con
fitemini domino. Tractus. Lau-
date dominū omnes gentes. Pre-
terea vero ut in ip̄o die sancto
sequitur missa per ordinem.

Feria. iiij. Introitus.
Deus dum egredieris corā
p̄p̄lo tuo all'a iter faciens
eis all'a habitans in illis all'a all'a.
Ps. Exurgat deus et dissipētur om-
nes inimici. Oratio.
Mentes nostras q̄s do-
mine paraclitus qui a te p̄cedit il
luminet et inducat in omnem
sicut tuus promisit fili⁹ verita
tem. P. Lectio actuū ap̄loꝝ. ij.
In diebus illis. Stans petrus
cum vndecim discipulis leua-
uit vocem suam et locutus est
eis. Viri iudei et qui habitatis
iherusalem vniuersi. Hoc vob
notum sit. et auribus percipite
verba mea. Non eni sicut vos
estimatis hij ebrij sunt cum sit
hora diei tercia Sed hoc quod
dictum est per prophetam io-
hel. Et erit in nouissimis diebꝫ
dicit dominus. effundam de spi
ritu meo sup oēm carnē. et pro
phetabunt filij vestri et filie ve
stre. Iuuenes vestri visionem
videbūt. et seniores vr̄i sōpnia
sōpniabūt. Et q̄dē sup seruos

118

meos et super ancillas meas. In diebus illis effundã de spiritu meo et prophetabunt. Et dabo prodigia in celo sursum. et signa in in terra deorsum sanguinem et ignem et vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras et luna in sanguinẽ antequã veniat dies domini magnus et manifestus. Om̃is quicũqꝫ invocaverit nomẽ domini salvus erit. Alla. ꝟ. Verbo domini celi firmati sunt et spũ oris eius omnis virtus eorũ. Oratio.

Presta qs̃ omnipotens et misericors deus ut spiritus sanctus adveniens templũ nos glorie tue dignanter inhabitando pficiat. P. Lectõ

In diebꝫ illis. actuũ aplõrũ. v.

Per manus autẽ aplõrũ fiebãt signa ⁊ prodigia multa in plebe. Et erãt unanimiter omnes in porticu salomonis. Ceterorũ autẽ nemo audebat se coniungere illis. sed magnificabat eos populus. Magis autẽ augebatur credentiũ in dño multitudo virorꝫ ac mulierũ ita ut in plateis eicerent infirmos ⁊ ponerent in lectulis et grabatis. ut veniente petro saltem umbra illius obumbraret quenqꝫ illorũ. et liberarentur ab infirmitatibꝫ suis. Concurrebat autẽ et multitudo vicinarũ civitatum in iherusalem. afferentes egrotos et vexatos a spiritibꝫ immundis. qui curabãtur omnes. Alla. ꝟ. Veni sancte sp̃s reple tuorũ corda fideliũ et tui amoris in eis ignem accende.

In illo tpe. Scdm Johañ. vi.

Dixit ihũs discipulis suis. Nemo potest venire ad me. nisi pater qui misit me traxerit eum. Et ego resuscitabo eũ in novissimo die. Et scriptum est in pphetis. Erũt om̃s docibiles dei. Om̃is q̃ audivit a patre meo et didicit et venit ad me. Non quia patrẽ vidit quisqꝫ nisi is qui est a deo hic vidit patrem. Amen amen dico vobꝫ qui credit in me habet vitam eternã. Ego sũ panis vite. patres vestri mãducaverunt manna in deserto et mortui sunt. Hic est panis de celo descendens. ut si quis ex ipso manducaverit nõ moriatur. Ego sum panis vivus qui de celo descendi. Si q̃s manducaverit ex hoc pane vivet in eternum. Et panis quẽ ego dabo caro est pro mũdi vita. Offertorium.

Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo sancto tuo qđ est in iherusalem tibi offerent reges munera alleluia.

Accipe quesumus Secretũ domine munus oblatum et dignanter operare ut quod misteriis agimus piis affectibus

celebremus. Per. Commu.
Pacem meam do vobis all'a pacē meā relinquo vobis all'a. Compl.
Sumentes dn̄e celestia sacramenta quesumus clementiam tuam: ut qd̄ temporaliter gerimus eternis gaudijs cōsequamur. Per. Feria .v. Spiritus domini. p totum officium. Orō.
Illo nos igne quesumus spiritus sanctus inflammet quē dn̄s noster ihesus xp̄s misit in terram et voluit eam vehementer accendi. Qui tecū viuit et regnat in vnitate eiusdem. Vel aliam. Deus qui hodierna die corda fideliū.
Lectio Actuū apostolor. viij.
In diebus illis. Philippus descendens in ciuitatē samarie predicabat illis ihesum Intendebant autem turbe hijs que a philippo dicebātur. vnanimiter audientes et videntes signa que faciebat. Multi enī illorum qui habebant spiritus immundos: clamantes voce magna exibant Multi autem paralitici et claudi curati sunt Factum est ergo gaudiū magnum in illa ciuitate. Secundū
In illo tempore. Lucam. ix.
Conuocatis ihesus duodecī discipulis: dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia. et vt languores curarent. Et misit illos predicare regnū dei. et sanare infirmos. Et ait ad illos Nichil tuleritis in via neqz virgam. neqz peram neqz pecuniam. neqz duas tunicas habeatis. Et in quamcunqz domum intraueritis ibi manete: et inde ne exeatis. Et quicunqz non receperint vos. exeuntes de ciuitate illa. etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium super illos. Egressi autem circuibant per castella euangelisantes et curantes vbiqz. Secretum. Virtute spiritus sancti. ut supra in vigilia penthecostes. Vel aliā
Sacris celestibus domine sācto spiritu operante vicia nostra purgentur. ut muneribus tuis possimus semper aptari. Per dominū. Complend.
Sancti spiritus quesumus domine. ut supra in die sancto.
Feria sexta Introit.
Repleatur os meum laude tua alleluia gaudebunt labia mea dū cātauero tibi all'a all'a.
Ps. In te domine speraui non confundar in eternum in iusticia tua libera me. Oratio.
Da quesumus ecclesie tue misericors deus: ut spū sancto congregata hostili nullatenus incursiōe turbetur. P.
Lectio Actuum apostolor. ij.
In diebus illis. Aperiēs petrus os suum dixit. Viri israhelite

audite verba hec. Ihesũ naza-
renũ virũ approbatũ a deo vo
bis virtutibꝫ et prodigijs et si-
gnis que fecit per illũ deus in
medio vestri sicut vos scitis.
Hunc diffinito consilio et pre-
scientia dei traditũ p manꝰ ini
quorũ affligentes interemistis
Quem deus suscitauit solutis
doloribus inferni. Iuxta quod
impossibile erat teneri illũ ab
eo. Dauid enĩ dicit in eũ. Pro-
uidebã dñm corã me semp quo
niã a dextris est michi ne cõmo
uear. Propter hoc dilatatum
est cor meum et exultauit ling
ua mea. insuper ꝛ caro mea re
quiescet in spe. Quoniã nõ de
relinques animam meam in in
ferno. nec dabis sanctũ tuũ vi
dere corruptionem. Notas mi
chi fecisti vias vite adimplebis
me iocunditate cũ facie tua.

Alleluia. ỽ. Veni sancte spiritꝰ.

Secundum Lucam. v.

In illo tempore. Factum
est in vna dierũ et ihesus
sedebat in templo docens. et e-
rant pharisei sedentes et legis-
doctores qui venerant ex omi
castello galilee et iudee et iheru
salem. et virtꝰ domini erat ad
sanandum eos Et ecce viri por
tantes in lectulo hominẽ qui
erat paraliticus et querebant
eum inferre et ponere ante eũ.
Et non inuenientes qua par-
te illum inferrent pre turba.
Ascenderũt supra tectum ꝛ p
tegulas submiserunt illum cũ
lectulo in mediũ ante ihesum.
Quorũ fidẽ ut vidit dixit Ho
mo remittunt tibi peccata tua.
Et ceperũt cogitare scribe ꝛ pha-
risei dicentes. Quis est hic qui
loquitur blasphemias? Quis
potest dimittere peccata nisi so
lus deus? Ut cognouit autem
ihesus cogitationes eorum: re
spondens dixit ad illos. Quid
cogitatis mala in cordibus ve
stris? Quid est facilius dicere
remittuntur tibi peccata. an di
cere. Surge ꝛ ambula? Ut aũt
sciatis quia filius hominis po-
testatem habet in terra dimit-
tere peccata. tunc ait paraliti-
co. Tibi dico surge. tolle graba
tũ tuũ et vade in domũ tuã. Et
cõfestim surgens corã illis. tulit
lectulũ in quo iacebat. et abijt
in domũ suã: magnificans deũ
ꝛ stupor apphendit oẽs. ꝛ mag-
nificabant deũ. Et repleti sunt
timore dicentes: quia vidimus
mirabilia hodie. Offer.

Lauda aĩa mea dñm laudabo do
minũ i vita mea psallã deo meo quã
diu ero alla.

Sacrificia Secr.
dñe tuis oblata cõspectibꝫ ignis
ille diuinꝰ assumat. q discipło
rũ xpi tui p spiritũ sanctũ cor-
da succẽdit. P eundẽ. Commũ.

Spiritus vbi vult spirat et vocẽ

eius audis all'a et nescis unde veni
at aut quo vadat all'a all'a all'a.
Sumpsimus dñe Compl'.
sacri dona misterij humiliter de
precantes. ut que in tui cõme
moratione nos facere precepi
sti in nostre proficiant infirmi
tatis auxiliũ. P dñ. Sabbato
in quatuor temporibus Intro
itus ad missam.
Caritas dei diffusa est i cor
dibus vestris all'a per in
habitantẽ spm̃ ei9 in vob' all'a all'a.
Ps. Dñe de9 salutis mee i die clama
vi et nocte coram te. Oratio.
Mentibz nostris q̃s dñe
spiritum sanctũ benign9
infunde. cuius et sapientia cõ
diti sumus et providentia gu
bernamur. Per dñm. Notan
dũ q' kyrieleyson paschale di
citur. 7 Gloria in excels. Flectam9
genua nõ dicitur. Credo. Prefa
tio de sancto spiritu et Cõmu
nicantes dicitur ut in ip̃o die
sancti spiritus. Ite missa est dici
tur. Lectio Johelis p̄phete. ij.
Hec dicit dominus deus.
Effundã de spiritu meo
super omnẽ carnẽ. 7 p̄phetabũt
filij vestri et filie vestre. Senes
vestri sompnia sompniabunt
7 visiones iuvenes vestri vide
bunt. Sed et sup servos meos
7 ãcillas meas in diebz illis ef
fundam de spũ meo. 7 prophe
tabunt Et dabo prodigia in ce
lo sursum et signa in terra de
orsum sanguinẽ et ignẽ et va
porem fumi. Sol cõvertetur in
tenebras 7 luna in sanguinem
antequã veniat dies dñi mag
nus et horribilis. Et erit oñis
quicunqz invocaverit nomen
domini salvus erit. Alleluia
V. mitte spiritũ tuũ. Oratio.
Illo nos igne q̃s dñe sp̃us
sanctus inflammet quẽ domi
nus noster ihesus xp̄us misit
in terram 7 voluit vehemẽter
accendi. Per dñ. Lectio libri le
In diebz illis. Locu vitici. xxiij.
tus est dñs ad moysen dicens
Loquere filijs isrl' et dices ad
eos. Cũ ingressi fueritis terrã
quam ego dabo vobis. 7 mes
sueritis segetẽ: feretis manipu
los spicarũ: primicias mensis
vestre ad sacerdotẽ. qui eleva
vit fasciculũ coram dño. ut ac
ceptabilis sit p vob. altera die
sabbati et sanctificavit illum.
Numerabitis ergo ab ip̃o die
in quo obtulistis manipulos
primiciarum septem ebdoma
das plenas usqz ad alterã diẽ
expiationis ebdomade septie
Et sic offeretis sacrificiũ novũ
dño ex omnibus habitaculis
vestris. Panes primiciarũ du
os de duabz decimis simile quos
elevabit sacerdos coram domi
no. Et vocabitis hunc diem ce
leberrimum atqz sanctissimum

dn̄o. Omne opus seruile non facietis in eo. legitimū sempiternū erit in cunctis habitaculis et generationibus vestris ait dominus om̄ps. Alleluia. ỽ. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fideliū et tui amoris in eis ignem accende. Oratio.

Deus qui ad animarū medelam ieiunij deuotiōe castigari corpa precepisti. concede nobis ꝓpicius et mente et corpe semper tibi esse deuotos. P. Lectio libri Deutronomij. xxvj.

In diebꝫ illꝭ. Dixit moyses audi israhel que ego precipio tibi hodie. Cum intraueris terrā: quam dominus deus tuus tibi daturus est possidendā et obtinueris eam. atqꝫ habitaueris in illa. tolles de cunctis frugibus primicias et pones in cartallo. Pergesqꝫ ad locū quem dn̄s deꝰ tuus elegerit. ut ibi inuocetur nomen eius. Accedesqꝫ ad sacerdotem. qui fuerit in diebus illꝭ et dices ad eū. Profiteor hodie corā dn̄o deo tuo. qui exaudiuit nos et respexit humilitatē nostram. et laborē atqꝫ angustiam. et eduxit nos de egipto in manu forti et brachio extento. in ingenti pauore in signis atqꝫ portentis. Et introduxit in locum istum. et tradidit nobis terram lacte et melle manātē. Et idcirco offero nūc ꝓmicias frugū terre. quā dominus deus dedit michi. et dimittes ea in conspectu dn̄i dei tui. Et adorabo dn̄o deo tuo epulaberis in omnibus bonis q̄ dn̄s deus tuus dederit tibi. Alleluia. ỽ. Spiritus dn̄i repleuit orbem terrarū et hoc quod continet om̄ia sciētiam habet vocis. Orō.

Presta q̄s om̄ps deus ut salutaribus ieiunijs eruditi. ab omnibus etiā vicijs abstinentes ꝓpiciationē tuam facilius imploremus. P. do. Lectio libri leuitici. xxvj.

In diebus illꝭ. Dixit dn̄s ad moysen. Si in preceptis meis ambulaueritis et mādata mea custodieritis. et feceritis ea dabo vob pluuiā tpibꝫ suis. et terra gignet germē suum. et pomis arbores replebunt. Apphendet messiū tritura vindemiā. et vindemia occupabit sementem et comedetis panem vestrū in saturitate. et absqꝫ pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris. dormietis et non erit q̄ exterreat. Auferā malas bestias et gladius non transibit terminos vr̄os. Persequimini inimicos vr̄os. et corruēt corā vobis. Persequntur quinqꝫ de vestris centū alienos et centū de vestris decē milia. Cadēt inimici vr̄i in cōspectu vr̄o gladio. Respiciā et crescere faciam multiplicabimini

et firmabo pactũ meũ vobiscũ Et comedetis vetustissima veterũ. et vetera nouis superuenientibus proiicietis. Ponam tabernaculum meũ in medio vestri. et nõ abiiciet vos vltra anima mea. Et ambulabo inter vos. et ero vester de⁹. Vos q3 eritis michi populus. Dicit dominus omnipotens. Alleluia. ℣. Paraclit⁹ spiritus sanctus quẽ mittet pater in noĩe meo ille vos docebit omnem veritatem. Orõ.

Presta quẽs omnipotens de⁹ sic nos ab epulis carnalibus abstinere. ut a viciis irruentibus pariter ieiunem⁹. P. Lectio Danielis pphe. iij.

Angelus domini descendit cũ azaria ⁊ sociis eius in fornacem. ⁊ excussit flammã ignis de fornace. et fecit medium fornacis quasi ventũ roris flãtem. Flamma ãt diffusa est super fornacem sexaginta cubitis et nouem. et incendit quos reperit iuxta fornacem de caldeis ministros regis qui eam incẽdebant. Illos aũt omnino nõ tetigit ignis. neq3 contristauit nec quicq3 molestie intulit. Tũc hij tres quasi ex vno ore laudabant et glorificabãt deũ in fornace dicentes. Alleluia. ℣. Benedictus es quere in die trinitatis. Deinde vertendo se ad populũ dicit. Dñs vobiscum.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium cõcede ꝓpicius ut nos famulos non exurat flamma viciorum P. Lco actuum aplõr. xiij.

In diebus illis. Conuenit vniuersa ciuitas audire verbũ domini. Videntes aũt turbas iudei repleti sũt zelo Et ↄtradicebãt hijs que a paulo dicebantur: blasphemantes. Tunc constãter paulus et barnabas dixerunt. Vobis oportebat primũ loqui verba dei. Sed quoniã repulistis illud ⁊ idignos vos iudicastis eterne vite. ecce conuertimur ad gentes. Sic enim precepit nobis deus. Posui te in lucem gentibus. ut sis in salutem vsq3 ad extremũ terre. Audientes autem gentes gauise sunt ⁊ glorificabant verbũ domini. Et crediderũt quotquot erant preordinati ad vitam eternam. Disseminabatur ãt verbũ dei ꝑ vniuersam regionem. Iudei aũt concitauerũt religiosas mlĩeres ⁊ honestas ⁊ primos ciuitatis. et excitauerũt ꝑsecutionẽ in paulũ et barnabã. Et eiecerũt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedũ in eos: venerũt yconiũ. Discipli quoq3 replebant gaudio ⁊ spiritu sancto. Alleluia. ℣. Laudate dominũ omnes gentes et collaudate eum omnes populi.

I Secundū Lucam·iij·
N illo tpe. Surgens ihe
sus de synagoga· introiuit in
domū symonis. Socrus autē
symonis tenebatur magnis fe
bribus. Et rogauerūt illum p
ea· et stans super illā impera-
uit febri: et dimisit illā. Et con-
tinuo surgens ministrabat il
lis. Cū aūt occidisset sol· oīnes
qui habebant infirmos varijs
languoribus ducebāt illos ad
eū. At ipē singulis manū im-
ponens· curabat eos. Exibant
aūt demonia a multis clamā-
tia et dicentia· quoniā hic est fi
lius dei. Et increpans non si-
nebat ea loqui· quia sciebāt ip
sum esse xp̄m. Facta aūt die e-
gressus ibat in desertū locum.
Et turbe requirebāt eū· ⁊ vene
rūt vsqȝ ad ipm: et tenebāt eū
ne discederet ab eis. Quibȝ ille
ait. Quia ⁊ alijs ciuitatibus o
portet me euangelisare regnū

E mitte spiritū tuū et Offr. dei.
creabuntur et renouabis faciē terre
Sit gloria domini in secula alla.

V t accepta tibi sint Secr.
domine nostra ieiunia p̄ra no
bis qs̄ huius munere sacra-
menti purificatum tibi pectus

N on vos re Com. offerre. P.
linquā orphanos vado et venio ad
vos alla et gaudebit cor vestrū alla

P rebeant nobis Compl. alla.
dne diuinū tua sancta feruorē
quo eorū pariter et actu delecte
mur et fructu. P dominū. In
octaua pēthecostes Introit9.
Spiritus domini repleuit orbem.
Oratio. Deus qui hodierna
die corda fideliū. Omnia ut in
die eius habentur. Lectio apo
calipsis beati iohannis apo-
N diebus illis: stoli·iiij·
Vidi ostium apertum in celo.
Et vox prima quā audiui tan
q̄ȝ tube loquētis mecū dicens.
Ascende huc ⁊ ostendam tibi q̄
oportet fieri post hec. Statim
qȝ fui in spiritu. Et ecce sedes po
sita erat in celo: et supra sedem
sedēs Et q̄ sedebat silis erat a
spectui lapidis iaspidis et sar
dini. Et iris erat ī circuitu sedis
similis visioni smaragdīe. Et
in circuitu sedis sedilia viginti
quatuor· et super thronos vi-
ginti quatuor seniores seden-
tes circumamicti vestimētis al
bis· et in capitibus eorū coro-
ne auree. Et de throno proci-
debant fulgura et voces et to
nitrua· et septem lampades ar
dentes ante thronum· qu sunt
septem spiritus dei. Et in con-
spectu sedis tanq̄ȝ mare vitre-
um simile cristallo. Et in me-
dio sedis et in circuitu sedis q̄
tuor animalia plena oculis an
te et retro. Et animal primum
simile leoni. Et secūdū animal
simile vitulo. Et terciū animal

habens faciem quasi hominis. Et quartum animal simile aquile volanti. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas. et in circuitu et intus plena sunt oculis. et requiem non habebant die ac nocte dicentia. Sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens: qui erat et qui est et qui venturus est. Et cum darent illa animalia gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum viventi in secula seculorum. Procidebant vigintiquatuor seniores ante sedem in throno. Et adorabant viventem in secula seculorum. Amen. Secundum iohannem. iii.

In illo tempore. Erat homo ex phariseis nicodemus nomine princeps iudeorum. Hic venit ad ihesum nocte et dixit ei. Rabbi scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis nisi fuerit deus cum eo. Respondit ihesus et dixit ei. Amen amen dico tibi. Nisi quis natus fuerit denuo. non potest videre regnum dei. Dicit ad eum nicodemus. Quomodo potest homo nasci cum sit senex. Numquid potest in ventrem matris iterum introire et renasci? Respondit ihesus. Amen amen dico tibi. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne caro est et quod natum est ex spiritu spiritus est. Non mireris quia dixi tibi oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat et vocem eius audis sed non scis unde veniat aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit nicodemus et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respondit ihesus et dixit ei. Tu es magister in israhel et hec ignoras? Amen amen dico tibi. quia quod scimus loquimur. et quod vidimus testamur. et testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis. et non creditis. quomodo si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celum. nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltavit serpentem in deserto. ita exaltari oportet filium hominis ut omnis qui credit in ipso non pereat. sed habeat vitam eternam.

De sancta trinitate Introitus



Enedicta sit sancta trinitas atque indivisa unitas confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. Psalmus. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in

confessiõe vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere . et in potentia maiestatis adorare unitatem . qs ut eiusdem fidei firmitate ab omnibz semper muniamr aduersis. Qui vi.

Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad romanos . xj .

Fratres. O altitudo diuiciarũ sapientie et scientie dei . quã incomprehensibilia sunt iudicia eius . et inuestigabiles vie eius. Quis enim cognouit sensum domini . aut quis cõsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi et retribuet ei? Qm ex ipo et p ipm 7 in ipo fcã sũt oĩa . ipi honor 7 glĩa in secula seculorũ amen. Graduale.

Bñdictus es dñe qui intueris abissos et sedes sup cherubin . v. Benedictus es in throno regni tui et laudabilis in secula . Alla . v. Benedictus es dñe deus patrũ nostrorũ et laudabilis in secula.

Scdm Johannẽ . xv . et xvj .

In illo tpe dixit ihesus discipulis suis. Cum venerit paraclitus quẽ ego mitto vobis a patre spm veritatis qui a patre pcedit . ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimoniũ perhibebitis qr ab initio mecũ estis. Hec locutus sum vobis . ut nõ scandalisemini . absqz synagogis facient vos. Sed venit hora . ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequiũ se prestare deo. Et hec facient vobis . qr non nouerũt patrem neqz me Sed hec locutus sum vobis . ut cum venerit hora eorũ reminiscamini quia ego dixi vobis

Vel aliud Erat homo ex phariseis ut supra ante introitu .

Benedictus sit deus pa Offr. ter unigenitusqz dei filius sanctus quoqz spiritus qr fecit nobiscũ misericor

Sanctifica Secretũ . dñe suam . qs dñe deus p tui nominis inuocationẽ huius oblationis hostiã . et p eam nosmetipsos tibi pfice munus eternũ. Per

Bñdicite deũ celi 7 coram Com. omĩbz viuentibz ↄfitemini ei qr fecit vobiscũ misedиam suam.

Proficiat nob ad Compl. salutem corporis et anime domine deus : huius sacramenti perceptio 7 sempiterna sancte trinitatis eiusdemqz indiuidue vnitatis confessio. P dominũ

Item alia oratio de sancta trinitate dicit in ↄpletorio.

Domine sancte pater omnipotens nos famulos tue maiestati subiectos . p vnicũ filiũ tuũ in virtute sancti spiritus benedic et protege ut ab omĩ hoste securi i tua iugiter laude letemur. Per dominũ.

De corpore xpi Introitus.

Cibavit eos ex adipe frumenti all'a et de petra melle saturavit eos all'a all'a. Ps. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob. Oratio.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passiōis tue memoriā reliquisti tribue quesumus ita nos corporis et sanguinis tui sacra misteria venerari ut redemptōnis tue fructū in nobis iugiter sentiam⁹. Qui vivis. Lectio ep'le beati pauli apostoli ad corinthios.

Fratres .j. corinthio. xj. Ego enī accepi a dño. qđ et tradidi vobis: qm̄ dñs ihesus in qua nocte tradebatur: accepit panem et gracias agēs fregit et dixit. Accipite et manducate. Hoc est corpus meum qđ pro vobis tradetur. Hoc facite in meam cōmemorationē. Similiter et calicē postq̄ꝫ cenavit dicēs. Hic calix novū testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quociensc̄ūqꝫ bibetis in meā cōmemorationem. Quociensc̄ūqꝫ enī manducabitis panē hūc et calicē bibetis mortē dñi annunctiabitis donec veniat. Itaqꝫ quic̄ūqꝫ mā ducaverit panē vel biberit calicem dñi indigne reus erit corporis et sanguinis dñi. Probet aūt seipm̄ homo. et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne iudiciū sibi manducat et bibit non diiudicans corpus domini. Grad. Oculi omniū in te sperant domine et tu das illis escam in tempore oportuno. V. Aperis tu manū tuā et imples omne animal benedictione. All'a. V. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus qui manducat meam cārnē et bibit meū sanguinē in me manet et ego in eo. Secundū Johannē. vj.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis et turbis iudeorū. Caro mea vere est cibus et sanguis me⁹ vere ē potus. Qui mādūcat meā carnem et bibit meū sanguinem in me manet et ego in eo. Sicut misit me vivens pater et ego vivo ꝓpter patrem. Et qui mā ducat me et ip̄e vivet ꝓpter me Hic est panis qui de celo descēdit. Non sicut manducaverūt patres vestri manna in deserto et mortui sunt Qui manducat hunc panē vivet in eternū. Offer. Sacerdotes incensum domini et panes offerent deo et ideo sancti erūt deo suo non polluent nomen eius alleluia. Secretū.

Ecclesie tue quesumus domine

vnitatis et pacis ꝓpicius dona concede que sub oblatis mune ribus mistice signantur. Per.

Quocienscumqȝ manducabitis panē hunc et calicem bibetis mortē domini annūciabitis donec veniat. itaqȝ quicūqȝ manducauerit panē vel biberit calicē indigne reus erit corporis et sāguinis domini. Com.

Fac nos. Compl. quesumus dn̄e diuinitatis tue sempiterna fruitione repleri. quā preciosi corporis et sanguinis tui temporalis perceptio p̄figurat. Qui viuit et regnat cum.

Item de eodē alia oratio.

Domine ihesu xp̄e tuo sacrosancto corpore et sanguine nos ita digne refici et caritate tibi vniri. ut hec veneranda sacramenta atqȝ salutaris passiōis tue memoria in nostris mentibꝰ iugiter pseuerent.

Secr. Clementissime saluator dn̄e ihesu xp̄e q̄ te salutis hostiā in ara crucis deo patri ꝓ nobis pctōribꝰ obtulisti. quesumus ut nostra peccata deleas et tuo sacratissimo corpore et sanguine contra vicia et inimicos nos munias ⁊ ad celestia regna perducas. qui cū deo patri viuis et regnas deꝰ.

Cōpl. Corporis sacri ⁊ p̄ciosi sanguinis tui sumpta misteria quesumus dn̄e ihesu xp̄e peccata nostra deleant. noxia depellāt et quacūqȝ tribulatione afflictos consolentur viuis quoqȝ ac defunctis sint ad veniam. nos quoqȝ virtutibus fructuosis ad beatitudinem eternam perducāt Qui viuis et regnas

Dominica prima post octauas penthecostes.

Domine in tua misericordia speraui exultauit cor meū in salutari tuo. cantabo dn̄o qui bona tribuit michi. Ps. Vsqȝquo domine obliuisceris me in finem vsqȝquo auertis faciem tuam a me. Oratio.

Deus in te spantiū fortitudo. adesto ꝓpicius inuocationibus nostris. ⁊ quia sine te nichil potest mortalis infirmitas presta auxilium gratie tue. ut in exequendis mandatis tuis ⁊ voluntate tibi et actione placeamus. P do. Lc̄o ep̄le beati iohānis apl̄i. i. iohānis. iiii.

Carissimi. Deus caritas est. In hoc apparuit caritas dei in nob. quā filium suū vnigenitū misit deus in mundum ut viuamus per eum. In hoc est caritas. non quasi nos dilexerimus deū: sed quā ipse p̄or dilexit nos. et misit filium suū propiciatōem ꝓ pctīs nostris. Carissimi si deꝰ dilexit nos et nos debemus inuicem diligere. Deum nemo vidit vnq̄. Si diligamus inuicē. deꝰ i no-

bis·qm̄ de spiritu sancto dedit
nobis. Et nos vidimus et te=
stificamur quoniā pater misit
filiū saluatorem mundi· quis=
quis confessus fuerit·qm̄ ihūs
est filius dei·deus in eo manet
et ipse in deo. Et nos cognoui=
mus et credimus caritati quā
habuit deus in nobis. Deus ca
ritas est· et qui manet in cari=
tate·in deo manet et deꝰ in eo.
In hoc pfecta est caritas no=
biscū ut fiduciam habeamus in
die iudicij· quia sicut ille est et
nos sumus in hoc mundo. Ti=
mor non est in caritate·sed per=
fecta caritas foras mittit timo
rem·qm̄ timor penam habet.
Qui aūt timet non est perfectꝰ
in caritate. Nos ergo diliga=
mus deū· qm̄ deus prior dile=
xit nos. Si q̄s dilexerit et dixe=
rit·qm̄ diligo deū: ꝛ frēm suum
odit mēdax est. Qui eni nō di=
ligit fratrē suū quē videt·deum
quē nō videt q̄uo potest dilige
re? Et hoc mandatū habemus
a deo·ut qui diligat deū diligat
et frēm suum. Graduał.

Ego dixi dn̄e miserere mei sana a
nimā meam quia peccaui tibi· ℣.
Beatus qui intelligit super egenū
ꝛ pauperem in die mala liberabit eū
dn̄s· All'a· ℣· Domine deus meꝰ
in te speraui saluū me fac ex omni=
bus persequentibus me et libera me

Secundum Lucam·xvj·

In illo tempore dixit ihesus di
scipulis suis pabolam hanc.
Homo quidā erat diues et in=
duebatur purpura et bisso et e
pulabatur quotidie splendide
Et erat quidā mendicus noīe
lazarus· qui iacebat ad ianuā
eius vlceribus plenus· cupiēs
saturari de micis que cadebāt
de mēsa diuitis· ꝛ nemo illi da=
bat·sed et canes veniebant: et
lingebant vlcera eius. Factum
est autem ut moreretur mendi
cus· et portaretur ab angelis
in sinum abrahe. Mortuus est
autem et diues·et sepultus est
in inferno. Eleuatis autem di
ues oculis suis cum esset in tor
mentis uidit abraham a lon=
ge: et lazarum in sinu eius. Et
ipse clamās dixit. Pater abra
ham miserere mei·et dimitte la
zarum· ut intingat extremum
digiti sui in aquam ut refrige=
ret linguam meam quia cruci=
or in hac flamma. Et dixit il
li abraham fili recordare quia
recepisti bona in vita tua· et la
zarus similiter mala. Nunc au
tem hic consolatur·tu vero cru
ciaris. Et in hijs omnibus in=
ter nos et vos cahos magnū
firmatum est· ut hij qui volūt
hinc transire non possint. Ne=
q; inde huc transmeare. Et ait
Rogo ergo te pater ut mittas
eū in domū patris mei Habeo

enī quiqȝ frēs ut testetur illis-
ne et ipi veniant in hunc locū
tormentoꝝ. Et ait illi abrahā.
Habent moysen et prophetas
audiāt illos. At ille dixit. Nō
pater abraham · sed si quis ex
mortuis ierit ad eos: peniten-
tiā agent. Ait aūt illi. Si moy
sen et ꝓphetas non audiūt · ne
qȝ si quis ex mortuis resurrexe
rit credent. Offertoꝝ.
Intende voci oratiōis mee rex me
us et deus meus quoniā ad te ora-
Hostias no- Secr. bo dn̄e.
stras dn̄e tibi dicatas placat⁹
assume · et ad ppetuū nob̄ tri-
bue peruenire subsidiū. P dn̄.
Narrabo om̄ia mirabilia Com̄
tua letabor et exultabo in te psallā
nomini tuo altissime. Complen̄.
Tantis dn̄e repleti muneri-
bus · presta quesumus · ut salu
taria dona capiamus ⁊ a tua
nunq̄ȝ laude cessemus. Per d̄.
Feria quarta. Lectio epistole
beati pauli apli ad colocē · iij ·
Fratres. Mortificate men
bra vestra que sunt sup
terram · fornicatōnē immundi
ciam libidinem concupiscenti-
am malā et auariciā q̄ est simu
lacroꝝ seruitus. Propter que
venit ira dei super filios incre-
dulitatis · in quibȝ et vos am-
bulastis aliquando cum viue-
retis in illis. Nūc aūt ⁊ vos de
ponite omnia · iram indigna-
tionē maliciā blasphemiā tur
pē sermonē de ore vestro. Noli
te mentiri inuicē. Expoliantes
vos veterem hominem cū acti
bus suis · et induentes nouum
eum qui renouatur in agnitio
ne scd̄m imaginem ei⁹: qui cre-
auit eum. Ubi non est gentilis
⁊ iudeus · circumcisio et prepuci
um barbarus ⁊ scita seruus et
liber. Sed omnia in omnibus
est xp̄us. Scd̄m matheū · v ·
In illo tempore dixit ihesus di-
scipulis suis. Nolite putare ·
quoniā veni soluere legē aut
prophetas. Non veni soluere
sed adimplere. Amen quippe
dico vobis · donec transeat ce-
lum et terra yota vnum · aut
vnus apex non preteribit a le
ge donec omnia fiant. Qui er-
go soluerit vnum de manda-
tis istis minimis · ⁊ docuerit sic
homines minimus vocabitur
in regno celorum. Qui autem
fecerit et docuerit · hic magnus
vocabitur in regno celorum.
Feria sexta. Lectio epistole be
ati pauli apostoli ad corinthi
os · ij · corinthioꝝ · iiij ·
Frēs. Si opertum est euā
geliū nostrū in hijs qui pereūt
est opertum in quibus deus hu
ius seculi excecauit mentes in-
fidelium: ut non fulgeat illumi
natio euangelij glorie xp̄i qui
est imago inuisibilis dei. Nō

enim nosmetipos predicam⁹
sed ihm̄ xp̄m dn̄m nostrū. Nos
autem seruos vestros p ihesū
qm̄ deus qui dixit de tenebris
lumē splendescere illuxit in cor
dibus nostris ad illuminatio-
nem sciencie claritatis dei in fa
ciem ihesu xp̄i. Scd̄m lucā. xvij

IN illo tpe dixit ihūs discipulis
suis. Impossibile est ut nō ve-
niant scandala. Ve autem ho
mini illi per quē veniunt. Uti
lius est illi si lapis molaris im-
ponatur circa collū eius ⁊ pro
iciatur in mare q̄z ut scandali
set vnū de pusillis istis. Atten
dite vob Si peccauerit in te fra
ter tuus increpa illū. Et si pe-
nitētiā egerit dimitte illi. Et si
septies in die peccauerit in te et
septies in die conuersus fuerit
ad te dicens penitet me. dimit
te illi. Et dixerunt apostoli do=
mino. Adauge nobis fidem.
Dixit aūt dominus. Si habue
ritis fidem sicut granū sinapis
dicetis huic arbori moro eradi
care et transplantare in mare
et obediet vob. Quis āt vrm
habens seruū arantem aut o-
ues pascentem qui regresso de
agro dicat illi. Statim transi
recumbe. Et nō dicit ei para q̄
cenem et precinge et ministra
michi donec manducem ⁊ bibā
et post hec tu manducabis et
bibes. Nunquid graciā habet
seruo illi. quia fecit que sibi im
perauerat. Non puto. sic ⁊ vos
cum feceritis omnia que prece-
pta sunt vobis dicite Serui in
utiles sumus. quod debuimus
facere non fecimus.

Dominica secunda Introit⁹.

FActus est dominus susce-
ptor meus ⁊ eduxit me in
latitudine saluū me fecit
quoniam voluit me. ps. Diligam
te domie vi tus mea dn̄s firmamē-
tum meū et refugiū meū. Orō.

SAncti nomis tui dn̄e ti
morem pariter ⁊ amorē
fac nos habere perpetuū: quia
nunq̄z tua gubernatione desti-
tuis quos in soliditate tue di-
lectionis instituis. P dominū.

Lc̄o bti iohāōis apli. j. iohā. iij

CArissimi. Nolite mirari
si odit vos mūdus. Nos
scimus qm̄ translati sumus de
morte ad vitam qm̄ diligimus
fratres. Qui non diligit ma=
net in morte. Omnis qui odit
frēm suū homicida est. Et scitis
q2 oīs homicida non habet vi-
tā eternam in se manentē. In
hoc cognouim⁹ caritatem dei
qm̄ ille p nobis animam suam
posuit et nos debemus p fra=
tribz animas ponere. Qui ha
buerit substantiā huius mūdi
et viderit fratrem suum necessi
tatē patientē et clauserit visce
ra sua ab eo. quō caritas dei

in eo manet. Filioli mei nõ di-
ligamus verbo neqꝫ lingua:
sed opere et veritate. Grad.
A d dñm cum tribularer clama-
ui et exaudiuit me. ꝟ. Domine libe
ra animã meam a labiis iniquis et
a lingua dolosa. A llꝰa. ꝟ. Deus
iudex iustus fortis et paciens nun-
quid irascetur per singulos dies.
In illo tpe. Scdm Lucã. xiiii.
D. i. d. s. similitudinẽ hanc. Homo
qdã fecit cenã magnã. ⁊ voca-
uit multos. Et misit seruũ suũ
hora cene dicere iuitatis ut ve
nirent. quia iam parata sunt
omnia. Et ceperũt simul om-
nes se excusare. Primꝰ dixit il-
li. Villã emi. ⁊ necesse habeo ex
ire et videre illã. Rogo te habe
me excusatũ. Et alius dixit. Iu
ga boũ emi quinqꝫ. et eo pro-
bare ea. Rogo te habe me excu-
satum. Et tercius dixit. Vxorẽ
duxi. et ideo non possum veni-
re. Et reuersus seruus nũcia-
uit hec dño suo. Tunc iratus
paterfamilias dixit seruo suo.
Exi cito in plateas et vicos ci-
uitatis. et pauperes ac debiles
cecos et claudos introduc huc
Et ait seruus. Dñe: factum est
ut imperasti. ⁊ adhuc locus est
Et ait dñs seruo. Exi in vias ⁊
sepes. et cõpelle intrare. ut im-
pleatur domus mea. Dico aũt
vobis. qꝫ nemo virorꝫ illorum
qui vocati sunt gustabũt cenã
meã. Offꝫ. D ñe conuertere ani
mam meã saluũ me fac ꝓpter miseri
O blatio nos Secr. cordiã tuã.
dñe tuo nomini dicanda puri
ficet. ⁊ de die in diem ad celestis
vite transferat actionẽ. P. Cõ
C ãtabo dño qui bona tribuit mi
chi et psallã noĩ dñi altissimi. Cõpl
S ũptis muneribꝫ dñe qũs
ut cũ frequẽtatiõe misterii cres
cat nr̃e salutis effectus. P do.
Feria. iiii. Ad romañ. vi
F rẽs. Nõ regnet pccm̃ ĩ ve
stro mortali corpore. ut obedi
atis ꝯcupiscentiis eius. Sꝫ ne-
qꝫ exhibeatis membra vestra
arma iniquitatis pccõ. sed ex-
hibete vos deo tanqꝫ ex mor-
tuis viuentes et membra vr̃a
arma iusticie deo. Peccatũ eñi
vobis nõ dñabitur. Non eñi
sub lege estis sꝫ sub grã. Quid
ergo? Peccabimus: qm̃ nõ su-
mus sub lege sed sub gracia.
Absit. An nescitis qm̃ cui exhi
betis vos seruos ad obedien-
dũ: serui estis eiꝰ cui obedistis.
siue peccati ad mortẽ. siue obe
dicionis ad iusticiã. Grãs aũt
deo qꝫ fuistis serui peccati. obe-
distis aũt ex corde in eã formã
doctrine in qua traditi estis.
Liberati autẽ a pccõ serui facti
estis iusticie per ihm̃ xp̃m dñm
nostrũ. Scdm matheũ. xii.
I n illo tpe. Exeuntes pharisei
cõsiliũ fecerunt aduersus ihm̃

quõ eũ pderet. Ihũs autẽ sciẽs
recessit inde. et secuti sunt eum
multi. et curauit eos oĩs. Et
pcepit eis ne alicui manifestũ
eum facerent ut adimpleretur
qd dcm erat p ysaiã pphetam
dicẽtem. Ecce puer me⁹ quẽ ele-
gi dilcũs me⁹ in quo michi be-
ne cplacuit aĩe mee Ponã spm
meũ sup eũ et iudiciũ gentibꝫ
nũctiauit. Nõ ctẽdet neqꝫ cla-
mabit neqꝫ audiet ĩ plateis a-
liqs vocẽ ei⁹. Arũdinẽ quassa-
tã nõ cfringet. ⁊ linũ fumigãs
non extinguet. donec eijciat ad
victoriã iudiciũ. et in noĩe eius
gẽtes spabũt. Feria. vj. Lectio
eplẽ bti iohãnis apli. j. io.

Carissimi nouissima. ij.
hora est. et sic audistis qm an-
tixp̃s venit. Nũc antixpi mul-
ti sunt. Vñ scim⁹ qꝛ nouissima
hora est. Ex nob prodierũt. sed
nõ erãt ex nob. Nã si fuissent
ex nob pmansissent vtiqꝫ no-
biscũ Sed ut manifesti sint qm
nõ sũt oĩs ex nobis. Sꝫ vos
vnctionẽ habetis a sancto. ⁊ no-
stis oĩa. Nõ scripsi vobis. qsi
ignorantibꝫ. sed qsi scientibus
eã. Et qm oĩe mẽdaciũ ex ve-
ritate non est: quis est mendax
nisi is q̃ negat qm ihũs est xp̃s
Hic est antixp̃s q̃ negat patrẽ
et filiũ. Oĩs q̃ negat prẽm ⁊ fi-
liũ nec patrẽ habet Et q̃ con-
fitetur filiũ. ⁊ patrẽ habet.

In illo tpe. Scdm marcũ. xj.
Cũ intraret ihesus iherosoli-
mã in tẽplo. cepit eijcere vendẽ-
tes ⁊ emẽtes in templo. Et mẽ-
sas nũmulariorũ ⁊ cathedras
vendẽtiũ colũbas euertit. ⁊ nõ
sinebat ut quisqꝫ trãsferret vas
p templũ. Et docebat eos dicẽs
Nõne scptũ est: Dom⁹ mea do-
mus orõnis vocabit omnibus
gentibus. Vos aũt fecistis eã
speluncam latronũ. Quo au-
dito principes sacerdotũ ⁊ scri-
be: querebãt quõ eũ perderent
Timebãt eni eũ. qm vniuersa
turba ammirabatur sup doctri-
na eius. Dñica. iij. Introitus.

Respice in me et miserere
mei dñe qm vnicus ⁊ pau-
per sum ego vide humili-
tatem meã et laborẽ meũ et dimitte
oĩa peccata mea de⁹ meus. Ps. Ad te
dñe leuaui aĩam meã de⁹ meus in te
cfido non erubescam. Orõ.

Deprecationẽ nr̃amq̃s
dñe benign⁹ exaudi. et quibus
supplicãdi pstas affectũ. tribue
defensiõis auxiliũ. P. Lco epi-
mũi be. petri apli. j. pe. v.

Humiliamĩ sub potenti
manu dei. ut vos exaltet in tpe
visitatõis. Oẽm sollicitudinẽ
vr̃am pijciẽtes in eũ. qm ipi cu-
ra est de vob Sobrij estote ⁊ vi-
gilate quia aduersarius vester
dyabolus tanqꝫ leo rugiens
circuit querens quem deuoret.

Cui resistite fortes in fide. Sci-
entes eandē passionē ei que in
mundo est vestre fraternitati
fieri. Deꝰ autē oīnis gratie qui
vocauit nos in eternā suā glo-
riā. In xp̄o ihesu modicū pas-
sos. ip̄e pficiet confirmabit so-
lidabitqꝫ. Ip̄i gloria et imperi-
um in secula seculoꝝ Amen.

Iacta cogitatū tuum **Gradual'**
in domi[illegible] te enutriet. **v.** Dū
clamarem ad dn̄m exaudiuit vocem
meam ab hiis qui appropinquant
michi. **Alla.** **v.** Diligam te domi-
ne virtus mea dn̄s firmamentū me-
um et refugiū meū et liberator meꝰ.

Secundum Lucam. xv.

In illo tp̄e. Erant aūt appropi-
quantes ad ihesum publicani
et peccatores ut audirent illū.
Et murmurabāt scribe ⁊ pha-
risei dicentes. quia hic peccato-
res recipit et manducat cū illis.
Et ait ad illos parabolā istā
dicens. Quis ex vobis homo
qui habet centum oues. Et si p-
diderit vnam ex illis nonne di-
mittit nonagintanouem in de-
serto et vadit ad illam que pe-
rierat donec inueniat illam.
Et cum inuenerit eam impo-
nit in humeros suos gaudens
Et veniens domū cōuocat a-
micos et vicinos dicens illis:
Cōgratulamini michi q2 inue-
ni ouē meā que perierat. Dico
aūt vobis. q2 ita gaudium erit
in celo super vno peccatore pe-
nitentiā agente. qz supra no-
naginta nouē iustis qui non
indigent penitentia. Aut que
mulier habens dragmas decē
Si pdiderit dragmā vnam. nō-
ne accendit lacernam ⁊ euertit
domū. ⁊ q̄rit diligēter donec in-
ueniat. Et cū inuenerit conuo-
cat amicas et vicinas dicens:
Cōgratulamini michi q2 inue-
ni dragmā quā perdiderā. Ita
dico vobis gaudiū erit coram
angelis dei sup vno peccatore
penitentiā agente. **Offer.**

Sperēt in te oīnes qui nouerunt
nomen tuū dn̄e qm̄ nō derelinquis
querentes te psallite dn̄o q̄ habitat
in syon qm̄ nō est oblitꝰ orationem

Munera dn̄e **Secr.** pauperū.
oblata sanctifica ut tui nobis
vnigeniti corpus ⁊ sanguis fi-

Ego clamaui **Com̄.** ant. P dd.
qm̄ exaudisti me deus inclina aurē
tuā ⁊ exaudi verba mea. **Compl.**

Hec nos cōmunio qm̄s dn̄e
purget a crimīe ⁊ celestis reme-
dij faciat esse consortes. Per.

Feria quarta ad colocens. iij.

Fratres. Oīne quodcūqꝫ
facitis in verbo aut in o-
pere omnia in nomine ihesu
xp̄i gracias agentes deo ⁊ pri
per ip̄m. Mulieres subditi esto-
te viris sic oportet in dn̄o. Vi-
ri diligite vxores vr̄as ⁊ nolite
amari eē ad illas. Filij obedite

parentibus vestris per omnia
Hoc eni placitum est in domi-
no. Patres nolite ad iracundi
am provocare filios vestros: ut
non pusillo animo fiant. Ser
vi obedite per omnia carnalibz
dominis: non ad oculum servi
entes: quasi hominibus placē
tes: sed in simplicitate cordis
timentes dominū. Quodcūqz
facitis ex animo operamini si
cut domino et non hominibz
scientes quod a domino acci-
pietis retributionem heredita
tis. Per ihesum xpm dominū no
strū. *Scdm Matheū. v.*
In illo tempore dixit ihesus di
scipulis suis. Esto consentiens
adversario tuo cito dum es in
via cum eo: ne forte tradat te
adversarius iudici: et iudex tra
dat te ministro et in carcerem
mittaris. Amen dico tibi: non
exies inde donec reddas novis
simū quadrantem. Audistis
quia dictum est antiquis. Non
mechaberis. Ego autem dico
vobis: quoniā omnis qui vi-
derit mulierem ad concupiscen
dum eam: iam mechatus est eā
in corde suo. Quod si oculus
tuus dexter scādalisat te: erue
eum et proice abs te. Expedit e
nim tibi ut pereat unum mē-
brorum tuorum: quā totum cor-
pus tuum mittatur in gehen-
nā ignis. Et si dextera manus
tua scandalisat te: abscide eam
et proice abs te. Expedit eni tibi:
ut pereat unū membrorum tuorum
qz totum corpus tuū eat in ge
hennā. *Feria sexta. Lco epl'e
beati iohānis apl'i. i. iohā. iij.*
Fratres. Omnis qui na-
tus est ex deo peccatū nō
facit: quoniā semen eius in deo
manet et nō potest peccare quo
niā ex deo natus est. In hoc ma
nifesti sunt filij dei et filij diabo
li. Omnis qui non est iustus
non est ex deo: et qui non di-
ligit fratrem suū. Quoniā hec
est annūciatio quā audistis ab
initio: ut diligatis alterutrum.
Nō sicut cayn qui ex maligno
erat: et occidit fratrē suū. Et pro-
pter quid occidit eū? Quia o-
pera eius maligna erant: fris
aūt eius iusta. *Scdm marcū. xi.*
In illo tempore. Introivit ihesus
iherosolimam in templum: et
circumspectis omnibus cum iā
vespera esset hora: exijt in be-
thaniam cum duodecim. Et a-
lia die cum exierūt a bethania
esurijt. Cumqz vidisset a longe
ficum habentem folia: venit q̄
rens si quid forte inveniret in
ea. Et cum venisset ad eam: ni
chil invenit preter folia. Non
eni erat tempus ficorum. Qui di
xit ei. Iā non amplius ineternū
quisquā fructum ex te mandu
cet. Et audiebant discipli eius.

Et venit iterũ iherosolimam.
Et cum introisset templum. cepit eijcere vendentes et ementes in templo. et mensas nummulariorũ et cathedras vendẽtiũ columbas euertit. et non sinebat. ut quisqꝫ trasferret vas ꝑ templũ. et docebat dicens eis Nonne scriptũ est quia domus mea domus orationis vocabitur omnibꝫ gentibꝫ. Vos aũt fecistis eam speluncã latronũ Quo audito principes sacerdotũ et scribe querebant quomõ eum perderent. Timebant eni eum. quoniam vniuersa turba ammirabatur sup doctrina ei9 Et cum vespera facta esset egrediebatur de ciuitate. Et cũ mane transirẽt viderũt ficũ aridam factam a radicibꝫ. Et recordatus petrus dixit ei. Rabbi ecce ficus cui maledixisti aruit. Et respondens ihũs ait illis Habete fiduciã dei. Amen dico vobis. quia quicũqꝫ dixerit huic mõti tollere ⁊ mitte te in mare et non hesitauerit in corde suo sed crediderit. quia quodcunqꝫ dixerit fiat. fiet ei.

Dominica quarta Introitus

Dominus illuminatio mea et salus mea quem timebo dominus defensor vite mee a quo trepidabo. qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt et ceciderunt. ps Si consistant aduersũ me castra non timebit cor meũ quoniã tu mecũ es. Oratio

Protector in te sperantiũ deus. sine quo nichil est validũ. nichil sanctũ. multiplica super nos misericordiã tuam. ut te rectore te duce sic trãseamus per bona tpalia ut nõ amittamus eterna. Per dñm.

Lco epl'e bti pauli ap'li ad Ro

Fratres. Existimo enĩ ꝙ non sint condigne passiones huius temporis ad futurã gl'am que reuelabitur in nobis. Nam expectatio creature reuelationem filiorũ dei expectat. Vanitati enĩ creatura subiecta est non volens. Sꝫ propter eũ qui subiecit eam in spe Quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorũ dei. Scimus enĩ ꝙ omnis creatura ingemiscit et parturit vsqꝫ adhuc. Non aũt solum illa sed et nosipsi primicias spiritus habentes. Et ipsi intra nos gemimus adoptionẽ filiorꝫ dei. expectantes redemptionẽ corporis nostri. In xpo ihesu domino nostro. Graduale.

Propicius esto peccatis nostris domine ne quando dicant gentes vbi est deus eorũ. ṽ. Adiuua nos deus salutaris noster ⁊ ꝓpter honorem nominis tui domine libera nos.

All'a. ṽ. Domine in virtute tua

letabitur rex et super salutare tuū exultabit vehementer.
In illo tpe. Scdm Lucam. vj. dixit ihūs discipulis suis Esto te misericordes: sicut ꝛ pater vester misericors est. Nolite iudicare et nō iudicabimini. Nolite condempnare ꝛ nō condempnabimini. Dimittite et dimittemini. Date et dabitur vobis mēsuram bonā conuertam et coagitatā. et supeffluentē dabūt in sinū vestrū. Eadem vero mēsura qua mensi fueritis remetietur vobis. Dicebat autem ꝛ illis similitudinē. Nunquid potest cecus cecū ducere? Nonne ambo in foueā cadunt? Nō est discipulus supra magistrū. Perfectus aūt oīnis erit. si sit sicut magister eius. Quid autē vides festucam in oculo fratris tui. trabem aūt q̄ in oculo tuo est non cōsideras? Aut quomō potes dicere fratri tuo. frater sine eijciā vestucā de oculo tuo ipē in oculo tuo trabē non vides. Ipocrita: eice pmū trabē de oclō tuo. et tūc pspicies ut educas vestucā de oclō fris tui.
Illumina oculos meos. Offr. nequādo obdormiā in morte neqū dicat inimicus meus preualui ad.
Respice dn̄e. Secr. versus eū. munera supplicātis ecclesie. et saluti credentiū: ppetua sanctificatione sumēda concede. P dn̄.
Dominus firmamentum. Com. meū et refugiū meū ꝛ liberator meus deus meus adiutor meus. Compl.
Sancta tua nos dn̄e sumpta viuificent. et misericordie sempiterne pparent expiatos. P.
Feria quarta. Lcp eplē beati iohannis apostoli. j. iohānis. j
Karissimi. Hec est annunciatio quā audiuimus a deo. et annūciamus vob. quoniam deus lux est. ꝛ tenebre vlle in eo non sunt. Si dixerimꝰ quoniam societatem habemꝰ cum eo. et in tenebris ambulamus: mentimur et non facimꝰ veritatem. Si aūt in luce ambulauus: sicut et ipē est in luce societatem habemus ad inuicem. et sanguis ihū xpi filij eiꝰ emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus quia peccatū non habemus. ipsi nos seducimus. et veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra. fidelis est et iustus. ut remittat nobis peccata et emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quia non peccauimus. mendacem facimus eū et verbum eius non est in nobis. Secundū Lucam. xiij.
In illo tempore. Accesserunt quidā phariseorum dicentes ad ihesum. Exi et vade hinc qꝛ herodes vult te occidere. Et ait illꝰ Ite nūciate vulpi

illi. Ecce eiicio demonia. Et sanitates perficio hodie et cras. et tertia die consumor. Verūtamen oportet me hodie et cras et sequenti die ambulare quia nō capit ꝓphetā perire extra iherusalem. Feria .vi. Lcō epl'e beati pauli apli ad romañ. xiii. et xiiii.

Fēs. Carnis curā ne feceritis in desiderijs. Infirmū .... assumite. non in discrepatōnibꝫ cogitationū. alius aūt credit se oīa manducare. Qui aūt infirmus est olus manducat. Is qui manducat nō manducantē nō spernat. Et q̄ nō manducat: manducātem non iudicet. Deꝰ enī illū assūpsit. Tu q̄ es qui alienū iudicas seruū. suo domino stat aut cadit. Stabit aūt. potens est enī deꝰ statuere illū. Nā aliꝰ iudicat diē inter diē. Alius aūt iudicat oēm diē. Vnusquisqꝫ in suo sensu habūdat. Qui sapit diē: dn̄o sapit. et qui mādūcat dn̄o manducat. Gracias enī agit deo. et qui nō manducat dn̄o nō māducat. ⁊ gracias agit deo. Scdm matheū. xvii.

Nterrogauerūt ihm̄ discipuli dicentes. Quid ergo scribe dicunt. q̄ helyam oportet p̄mū venire? At ille respōdens ait. Helyas quidē venturꝰ est. et restitu et oīa. Dico aūt vobis. quia helyas iam venit et non cognouerūt eū. sed fecerūt in eo quodcūqꝫ voluerūt. Sic ⁊ filius hoīs passurus est ab eis. Tūc itellexerūt discipuli q̄ de iohāne baptista dixisset eis. Et cum venisset ad turbam accessit ad eum homo genibꝫ ꝓuolutus ante eum dicens. Domine miserere filio meo quia lunaticus est. et male patit'. Nā sepe cadit in ignem ⁊ crebro in aquā. Et obtuli eū discipulis tuis. et non potuerūt curare eū. Rn̄dens ihūs ait. O generatō incredula et peruersa quousqꝫ ero vobiscum. vsqꝫquo paciar vos. Afferte illum huc ad me. Et increpauit illū ihūs. ⁊ exijt ab eo demoniū. Et curatus est puer ex illa hora.

Dominica quinta.

Xaudi domine vocē meā quā clamaui ad te adiutor meus esto ne derelinquas me. neqꝫ despicias me deus salutaris meus. ps. Dominus illuminatio mea et salus mea quem timebo. Oratio.

Da nobis domine q̄s ut et mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur et ecclesia tua tranquilla deuotione letetur. Per do. Lectio epistole beati petri apli .i. petri. iii.

Karissimi. Oēs vnanimes in orōne estote ꝯpacientes. fraternitatis amatores misericordes modesti humiles

Non reddentes malū p malo vel maledictū pro maledicto. Sed econtrario benedicentes: Quia in hoc vocati estis ut benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitā diligere et videre dies bonos: coerceat linguā suā a malo. et labia eius ne loquantur dolum Declinet autē a malo et faciat bonū. inquirat pacē et sequatur eam. Quia oculi domini super iustos ꝛ aures eius in preces eorū. Vultus aūt dn̄i sup facientes mala. Et quis est qui vobis noceat si boni emulatores fueritis. Sed et si quid patimini ꝑpter iusticiam beati. Timorē aūt eorꝫ ne timueritis. ut nō cturbemini. Dn̄m autem ihesū xp̄m sanctificate in cordibꝫ vestris.

Protector noster **Grad.** aspice deus ꝛ respice super servos tuos. ℣ Dn̄e deus virtutū exaudi p̄ces servorū tuorū. **Alla.** ℣ In te dn̄e speravi non cōfundar in eternū in tua iusticia libera me et eripe me inclina ad me aurē tuam accelera ut eripias me. **Secundū Lucam.**

In illo tp̄e. Cum turbe irruerent in ihesum ut audirēt verbū dei. Et ipse stabat secꝰ stagnum genezareth. Et vidit duas naves stantes secus stagnum. Piscatores autem descēderant et lavabant retia. Ascēdens autem in unam navium q̄ erat symonis. rogavit eum a terra reducere pusillum. Et sedens docebat turbas de navicula. Ut cessavit autem loqui: dixit ad symonē. Duc in altum ꝛ laxate retia vestra in capturā: Et respondens symon dixit ei Preceptor. p totā noctem laborantes nichil cepimus. in verbo aūt tuo laxabo rethe. Et cū hoc fecissent concluserūt multitudinē piscū copiosam. Rumpebatur aūt rete eorū. ꝛ annuerūt sociis qui erant in alia navi ut venirēt et adiuvarēt eos Et venerūt et impleverūt ambas naviculas ita ut pene mergerentur. Qd̄ cū videret symō petrus procidit ad genua ihū dicens. Exi a me qꝛ homo peccator sum dn̄e. Stupor enī circūdederat eū. et oēs qui cū eo erāt in captura piscū quā ceperāt. Silr̄ āt iacobū et iohannē filios zebedei q̄ erāt socii symonis. Et ait ad symonē ihesus: Noli timere ex hoc iā hoīes eris capiēs. Et subductis ad terram navibꝫ relictis oīībꝫ secuti sūt eū.

Bn̄dicā dn̄m **Offr.** q̄ michi tribuit intellectū, pvidebam dn̄m in ↄspectu meo semp. qm̄ a dextris est michi ne ↄmovear. **Secrē.**

Oblationibꝫ qm̄s dn̄e placare susceptis. et ad te nostras etiam compelle rebelles propicius voluntates. P dominū.

Unam pecij a domino **Com.** hanc requiram. ut inhabitem in domo dñi omnibus diebus vite mee.

Misteria nos domine quesum⁹ sumpta purificent ꝛ suo munere tueātur. P. **Feria iiij. ad thimotheū .i. thuno. vj.**

Carissimi. Nichil intulimus in hūc mūdū haud dubium: quia nec auferre quid possumus. Habentes aūt alimenta ꝛ quibus tegamur hijs contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri incidūt in tēptationē et laqueū dyaboli. et desideria multa inutilia. et nociua. que mergunt homines in interitū et perditionem Radix enim omniū malorū est cupiditas. Quam quidē appetentes errauerūt a fide et inseruerunt se doloribꝫ multis. Tu āt o homo dei hec fuge. Sectare vero iusticiā pietatē fidem caritatem pacientiā mansuetudinem. Certa bonū certamen fidei apprehende uitam eternam In qua vocat⁹ es ꝛ confessus bonam confessionem corā multis testibus. Precipio tibi corā deo. qui viuificat omnia in cristo ihesu qui testimoniū reddidit sub poncio pylato. bonam confessionem. ut serues mandatū sine macula irreprehensibile vsqꝫ in aduentū domini nostri ihesu xpi.

In **Scd̄m Matheū. viij.**

In illo tempore. Factum est ambulantibus illis in via dixit quidā ad ihm̄. Magister sequar te quocūqꝫ ieris. Et ait illi ihesus. Vulpes foueas habent. et volucres celi nidos. filius aūt hominis nō habet vbi caput suū reclinet. Ait aūt ad alterū. Sequere me. Ille autē dixit Dn̄e pmitte michi primū ire et sepelire prēm meū. Dixit qꝫ ei ihūs. Sine vt mortui sepeliāt mortuos suos. Tu aūt vade annunctia regnū dei. Et ait alter Sequar te domine sed p̄mū permitte michi renunctiare hijs qui domi sunt. Ait aūt ad illum ihesus. Nemo mittēs manū suam ad aratrū ꝛ aspiciens retro aptus est regno dei.

Feria sexta epl'a dn̄ice predicte ut supra. Scd̄m Marcum. x.

In illo tpe. Offerebant ihesu puulos ut tangeret illos. discipuli aūt comminabantur offerentibus. Quos cū videret indigne tulit. Et ait illis Sinite puulos venire ad me et ne prohibueritis eos Taliū est enim regnū dei. Amen dico vobis. qſquis non receperit regnū dei velut puulus non intrabit in illud. Et cplexās eos ꝛ ipōnēs manus sup illos bene dicebat illos. **Dn̄ica. vj.**

Omnius fortitudo.

plebis sue et protector salutariū xpi
sui est. saluū fac populū tuū dn̄e et be-
nedic hereditati tue. et rege eos usqz
in seculū. ps Ad te domine clama
bo deus meus ne sileas a me ne quā
do taceas a me. Oratio

Deus qui diligentibus te
bona inuisibilia pparas-
ti. infunde cordibz nostris tui
amoris affectū. ut te in om̄ibz
et sup omnia diligentes. pmis
siones tuas que omne deside-
rium superāt cōsequamur. P.

Lectio epl̄e beati pauli apl̄i ad romanos. vi.

Fratres Quicumqz baptisati su-
mus in xp̄o ihesu in morte ip̄i9
baptisati sumus Cōsepulti eni
sumus cum illo p baptismū in
mortē. Ut quomō surrexit ihe
sus a mortuis p gloriā patris:
ita et nos in nouitate vite am
bulemus. Si eni cōplantati fa
cti sum9 sil̄itudini mortis eius
simul et resurrectionis erimus
Hoc sciētes qz vetus hō noster
simul crucifixus est. ut destruat
corpus peccati. ut vltra non ser
uiamus pc̄to. Qui eni mortu9
est. iustificatus est a peccato. Si
ergo mortui sumus cū xp̄o cre
dimus quia simul viuemus cū
xp̄o. Scientes qz xp̄s resurgēs
ex mortuis iā non morit mors
illi vltra nō dn̄abitur. Qd̄ eni
mortuus est peccato mortuus
est semel. Qd̄ autē viuit: viuit
deo. Ita et vos existimate vos
mortuos quidē esse peccato: vi-
uentes autē deo. In xp̄o ihesu
domino nostro. Graduale

Conuertere dn̄e aliquātulū et dep-
care sup seruos tuos v Domine re
fugiū factus es nobis a generatio-
ne et progenie. Alla v Omnes
gentes plaudite manibus iubilate
deo in voce exultationis. Scdm

matheu. v.

In illo tp̄e. Dixit ihesus discipulis suis. Amē di
co vobis. nisi abūdauerit iusti
cia vestra plus qz scribarum et
phariseorū: nō intrabitis in re-
gnū celorum. Audistis quia dictū
est antiquis. Non occides. Qui
autem occiderit reus erit iudi-
cio. Ego autē dico vobis. quia
omnis qui irascitur fratri suo
reus erit iudicio. Qui autē dixe
rit fratri suo racha reus erit cō
cilio. Qui autem dixerit fatue:
reus erit gehenne ignis. Si er-
go offers munus tuū ad alta-
re et ibi recordatus fueris quia
frater tuus habet aliqd aduer
sum te. relique ibi munus tuū
ante altare et vade prius recō-
ciliari fratri tuo. et tūc veniēs
offeres munus tuū. Offr

Perfice gressus meos i semitis tuis
ut nō moueantur vestigia mea incli
na aurem tuā et exaudi verba mea.
mirifica misericordias tuas qui sal-
uos facis sperantes in te. Secretū

Propiciare dn̄e supplicatio-

18

130

nibus nostris· et has oblatio-
nes famulorum famularumque tua-
rũ benignus assume· ut qđ sin-
guli obtulerunt ad honorẽ tui
nominis· cunctis pficiat ad sa
Circuibo et Com. lutem. P.
immolabo in tabernaculo eius ho-
stiam iubilationis cantabo et psal-
mum dicam domino Cõplen.
Quos celesti dñe dono satia-
sti· presta qs ut a nostris mũ-
demur occultis· et ab hostiũ li-
beremur insidijs. P dñm. Feria
quarta Lectio epl'e beati pauli
apostoli Ad hebreos xij· et· xiij
Fratres. Habemus gratiã
p quã seruiamus placẽtes
deo cũ metu et reuerentia. Eteni
deus noster ignis consumens
est. Caritas fraternitatis ma-
neat in vobis· et hospitalitatẽ
nolite obliuisci. Per hãc enim
placuerunt quidã angelis ho-
spicio receptis. Mementote vin-
ctorũ tanquam simul vincti· et la-
borantiũ tanquã in corpore et
ipsi morantes. Honorabile cõ-
nubiũ in omnibus· et thorus im-
maculatus. Fornicatores eni et
adulteros iudicabit deus. Sint
mores sine auaricia· cõtenti p-
sentibus. Ipse eni dixit. Nõ de-
seram neque derelinquã. Ita ut
cõfidenter dicamus. Dñs michi
adiutor est· nõ timebo quid fa-
ciat michi homo. Mementote
prepositorum vestrorum· qui vobis
locuti sunt verbũ dei· quorum
intuentes exitum conuersatio-
nis: imitamini fidem. Jhesus
xp̃us heri et hodie· ipse in secu-
la seculorum Amen. S· marcũ· x
In illo tpe. Cum egressus
esset ihesus in via· precur-
rens quidã genuflexu ante eũ:
rogauit eum dicẽs. Magister
bone quid faciam· ut vitã eter-
nam pcipiam? Jhesus autem
dixit ei. Quid me dicis bonum?
Nemo bonus nisi solus deus.
Precepta nosti? Ait illi. Que?
Ait illi ihesus. Ne adulteraris
ne occides· ne fureris· ne falsũ
testimoniũ dixeris· ne fraudem
feceris. Honora patrem tuũ et
matrem tuã. At ille respondens
ait illi. Magister omnia hec cu-
stodiui a iuuentute mea. Jhe-
sus autẽ intuitus eum dixit· et
dilexit eum. Et dixit illi Vnum
tibi deest. Vade quecunque ha-
bes vende et da pauperibus· et
habebis thesaurũ in celo· et ve-
ni sequere me. Feria sexta.
Lectio epistole beati pauli apo-
stoli Ad romanos xiiij.
Fratres. Nemo vestrũ sibi
viuit. Siue enim viuimus
domino viuimus. Siue mori-
mur dño morimur. Siue ergo
viuimus dño morimur· domi-
ni sumus. In hoc xp̃s mortuus
est et resurrexit· ut viuorum et mor-
tuorũ dominetur. Tu autẽ quid

iudicas fratrem tuum? Aut tu
quare spernis fratrem tuum?
Omnes enĩ stabimus ante tri
bunal dei. Scriptũ est enĩ vivo
ego dicit dñs. quia michi om̃e
genu flectitur ⁊ omnis lingua
confitebitur deo. In xp̃o ihesu
dño nostro. Scdm marcũ. v.
In illo tpe. Venit ihesus in re-
gionem gerasenoꝝ. Et exeun-
ti ei de navi. statim occurrit de
monumentis homo in spiritu
immundo. qui domiciliũ habe-
bat in monumẽtis. Et neq; ca-
thenis eũ quisquã iam poterat
ligare. quoniã sepe compedib;
et cathenis vinctus: dirupisset
cathenas. et cõpedes cõminuis-
set. Et nemo poterat eũ doma-
re. et semp die ac nocte in mo-
numentis et in montib; erat.
clamãs ⁊ cõcidens se lapidib;.
Videns autẽ ihesum a longe:
cucurrit et adoravit eum. et cla
mãs voce magna dixit. Quid
michi et tibi ihesu fili dei sum-
mi? Adiuro te p deũ. ne me tor-
queas. Dicebat enĩ illi ihesus.
Exi spũs immũde ab homine.
Et interrogabat eum. Qd̃ tibi
nomen est? Et dicit ei. Legio
michi nomen est. quia multi su
mus. Et deprecabatur eũ mul-
tum. ne se expelleret extra regio
nem. Erat autẽ ibi circa montẽ
grex porcoꝝ magnus: pascens
in agris. Et dep̃cabantur eum

spiritus dicentes Mitte nos in
porcos ut in eos introeamus.
Et cõcessit eis statim ihesus. Et
exeuntes spũs immũdi: introie
rũt in porcos. Et magno impe-
tu grex p̃cipitatus est in mare
ad duo milia. et suffocati sunt
in mari. Qui aũt pascebãt eos.
fugerũt et nũciaverũt in civi-
tatem ⁊ in agros. Et egressi sũt
videre quid esset factum. Et ve
niũt ad ihesum. et vident illum
qui a demonio vexabat̃. seden-
tem vestitũ et sane mentis. et ti
muerũt. Et narraverunt illis
qui viderant qualiter factũ es-
set ei qui demoniũ habuerat et
de porcis. Et rogare eũ ceperunt
ut discederet de finib; eoꝝ. Cũq;
ascenderet navem. cepit dep̃ca-
ri qui a demonio vexatus fue-
rat ut esset cum illo. Et nõ ad-
misit eũ. Sed ait illi. Vade ad
domũ tuã ad tuos. et annũcia
illis quãta tibi dñs fecerit. ⁊ mi
sertus sit tui Et abijt ⁊ cepit p̃-
dicare in decapoli quanta sibi fe
cisset ihesus: et omnes mirabã
tur. Dñica ~~quarta~~ [septima] Introitus
Omnes gẽtes plaudite ma
nibus iubilate deo in voce
exultationis. p̃s Subie-
cit populos nobis et gentes sub pe-
dibus nostris Oratio
Deus virtutũ cuius est to
tum qd̃ est optimũ insere pecto
ribus nostris amorẽ tui nois.

et presta in nobis religionis augmentum ut que bona sunt nutrias ac pietatis studio que sunt nutrita custodias Per d. Lectio epistole beati pauli apostoli ad romanos vi.

Fratres. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immundicie et iniquitati ad iniquitatem. Ita nunc exhibete membra vestra servire iusticie in sanctificationem. Cum enim servi essetis peccati: liberi fuistis iusticie. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc ergo liberati a peccato: servi autem facti deo. habetis fructum vestrum in sanctificatione. vitam eternam vero finem. Stipendia enim peccati mors. Gratia autem dei vita eterna. In christo ihesu domino nostro. Grad.

Venite filij audite me timorem domini docebo vos. ℣ Accedite ad eum et illuminamini et facies vestre non confundentur. Alleluia ℣ Eripe me de inimicis meis deus meus et ab insurgentibus in me libera me. Secundum marcum viij.

In illo tempore. Cum turba multa esset cum ihesu. nec haberent quod manducarent. Convocatis discipulis ait illis. Misereor super turbam quia ecce iam triduo sustinent me. nec habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam: deficient in via. Quidam enim ex eis delonge venerunt. Et responderunt ei discipuli sui Unde istos poterit quis hic saturari panibus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt septem. Et precepit turbe discumbere super terram. Et accipiens panes septem. gratias agens fregit et dabat discipulis suis: ut apponerent. et apposuerunt turbe. Et habebant pisciculos paucos et ipsos benedixit et iussit apponi. et manducauerunt et saturati sunt. Et sustulerunt quod superauerat de fragmentis: septem sportas. Erant autem qui manducauerunt quasi quatuor milia et dimisit eos.

Sicut in holocaustum arietum et thaurorum et sicut in milibus agnorum pinguium sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi quia non est confusio confitentibus in te domine. Offertorium. Secretum

Propiciare quesumus domine supplicationibus nostris. et has oblationes populi tui benignus assume. et ut nullius sit irritum votum. nullius vacua postulatio. presta quesumus: ut quod fideliter petimus efficaciter consequamur. Per.

Inclina aurem tuam accelera ut eruas nos. Complenda.

Repleti sumus muneribus tuis domine tribue quesumus: ut eorum

et mũdemur effectu et muniant
auxilio. P dñm. Feria quarta
Lectio epistole beati pauli ap

Fstoli Ad romanos. viij.
Fratres. Nichil damnacõ
nis est hys qui sunt in xp̃o ihe
su qui nõ scd̃m carnẽ ambulãt
Lex eni spũs vite in xp̃o ihesu
liberauit me a lege peccati ꝛ mor
tis. Nã qd̃ impossibile erat legi
in quo infirmabat̃ p carnẽ de⁹
filiũ suũ mittens in similitudi-
nem carnis pc̃ti. ꝛ de pc̃to dam
nauit peccatũ in carne. ut iusti-
ficatio legis impleret̃ in nobis
qui nõ scd̃m carnẽ ambulam⁹
sed scd̃m spiritũ. Qui eni secũ
dum carnẽ sunt. q̃ carnis sunt
sapiũt. Qui vero scd̃m spiritũ
que sunt spũs sentiunt. Nam
prudẽtia carnis mors est. Pru
dentia autem spũs vita et pax
In xp̃o ihesu dño nostro.

IN illo tpe Scd̃m matheũ. xvj
Accesserũt ad ihesum pharisei
et saducei temptantes. Et ro-
gauerũt eum: ut signũ de celo
ostenderet eis. At ille respondẽs
ait illis Facto vespere dicitis se
renũ erit: rubicundũ est eni ce-
lum. et mane hodie tempestas.
rutilat eni triste celũ. Faciem ce
li diiudicare nostis. signa aũt
tempoꝝ non potestis scire. Ge-
neratio mala ꝛ adultera signũ
querit. et signũ non dabitur ei
nisi signum ione prophete. Et
relictis illis abijt. Et cũ venis-
sent discipuli eius trans fretũ:
obliti sũt panes accipere. Qui
dixit eis. Intuemini ꝛ cauete a
fermento phariseoꝝ et sadu-
ceoꝝ. At illi cogitabant intra
se dicentes Quia panes nõ ac
cepimus. Sciẽs autem ihesus
dixit. Quid cogitatis inter vos
modice fidei: quia panes nõ ha
betis? Nondũ intelligitis neqꝫ
recordamini quinqꝫ panum et
quinqꝫ miliũ hominũ. et quot
cophinos sumpsistis? Neqꝫ se
ptem panũ ꝛ quatuor milium
hominũ. et quot sportas sum-
psistis? Quare nõ intelligitis:
quia nõ dixi vobis de pane. ca-
uete a fermento phariseoꝝ et
saduceoꝝ. Tũc intellexerũt. qꝛ
dixerit cauendũ esse. nõ a fer-
mento panum. sed a doctrina
phariseorũ et saduceorum.

Feria sexta Lectio epistole bea
ti pauli apostoli Ad roma. xiiij

Fratres. Vnusquisqꝫ ve-
strum pro se rationẽ red
det deo. Non ergo amplius in-
uicem iudicemus Sed hoc iu-
dicate magis ne ponatis offen
diculũ fratri vel scandalum.
Sed scio et confido in dño ihe-
su. quia nichil cõmune p ip̃m.
nisi ei qui existimat qd̃ cõmu-
ne esse. illi cõmune est. Si enim
propter cibũ frater tuus cõtri-
statur. iam nõ scd̃m caritatem

ambulas. Noli cibo tuo illum
pdere pro quo xpus mortuus
est. Nō ergo blasphemet bonū
nrm. Nō eni est regnū dei esca
z potus· sed iusticia z pax z gau
diū i spiritu sancto· P ihesum
xpm dnm nrm. Scdm marcū·
In illo tpe. Abijt ihesus sabba
to p sata· discipuli autem eius
esurientes: ceperūt euellere spi
cas [illegible]. Pharisei aūt
videntes dixerūt ei. Ecce disci
puli tui faciūt qd non licet eis
facere sabbatis. At ille dixit
eis. Nō legistis quid fecerit da
uid quādo esurijt· et qui cū eo
erant quādo intrauit in domū
dei· et panes ꝓpositionis come
dit· quos non licebat ei edere·
neqz hijs qui cū eo erāt· nisi so
lis sacerdotibz. Aut nō legistis
in lege· qꝛ sabbatis sacerdotes
in templo sabbatū violant· et
sine crimine sūt. Dico autē vo
bis quia templo maior est hic.
Si autē sciretis quid est miseri
cordiā volo z nō sacrificiū· nū
quā cōdemnassetis innocētes.

Dnica· viij· Introit⁹

Suscepimus deus miseri
cordiā tuā in medio tem
pli tui secundū nomen tuū deus ita
et laus tua in fines terre iusticia ple
na est dextera tua. ps Magn⁹ dns
et laudabilis nimis in ciuitate dei
nostri in monte sancto ei⁹.
Deus cui⁹ puiden· Oro
tia in sui dispositione nō fallit
te suppliciter exoramus: ut no
xia cuncta submoueas· et oia
nobis pfutura cōcedas. P d.

Lco epistole beati pauli apli

Fratres. Ad roma· viij·
Debitores sum⁹ nō ca
ni ut scdm carnē viuamus. Si
eni scdm carnē vixeritis: mo
riemini. Si autē spiritu facta
carnis mortificaueritis: viue
tis. Quicunqz enim spiritu dei
agūtur· hij filij sunt dei. Non
eni accepistis spiritū seruitutis
iterū in timore· sed accepistis
spiritum adoptionis filiorū· in
quo clamamus· abba pater.
Ipse eni spūs testimoniū red
dit spiritui nro· qꝫ sumus filij
dei. Si autē filij et heredes. He
redes quidē dei coheredes autē
Esto michi in deū Grad. xpi.
ptectorem et in locū refugij ut saluū
me facias· v Deus meus in te spe
raui dne nō confundar in eternū·
Alla v Te decet ymnus deus in
syon z tibi reddetur votū in iherusa
lem· v Replebimur in bonis dom⁹
tue sanctū est templū tuum mirabi
le in equitate Scdm matheū· vij
In illo tpe. Dixit ihesus disci
pulis suis. Attendite a falsis
pphetis qui veniūt ad vos in
vestimentis ouiū· intrinsecus
autē sunt lupi rapaces. A fru
ctibz eorū cognoscetis eos Nū
quid colligunt de spinis vuas

aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona: fructus bonos facit Mala autē arbor: fructus malos facit. Nō pt arbor bona fructus malos facere. Neqȝ arbor mala fruct⁹ bonos facere. Oīs arbor q̄ nō facit fructū bonū excidet et in ignē mittet. Igitur ex fructibꝫ eorū cognoscetis eos. Nō oīs qui dicit michi dn̄e dn̄e intrabit i regnū celoꝝ. sed qui facit voluntatē patris mei qui in celis est. ipē intrabit i regnū celoꝝ.

Populū humi- Offr. lem saluū facies dn̄e ꝛ oculos superbo rū humiliabis. qm̄ quis deus preter

Deus qui lega- Secr. te dn̄e. liū differentiā hostiarū vnius sacrificij pfectione sanxisti. accipe sacrificiū a deuotis tibi famulis tuis: ꝛ pari benedictōne sicut munera abel sanctifica: ut qđ singuli obtulerūt ad maiestatis tue honorē. cūctis proficiat ad salutem. P dn̄. Com.

Gustate et videte quoniā suauis est dn̄s beatus vir qui sperat in eo.

Tua nos dn̄e medici- Cōpl. nalis opatio. ꝛ a nr̄is puersitatibꝫ clemēter expediat. et ad ea que recta sunt pducat. P.

Feria quarta. Lectio ep̄le beati pauli ap̄li Ad romanos. v.

Fratres. Cōmendat de⁹ caritatē suā in nob. Qm̄ si cū adhuc pctores essem⁹. xp̄s p nob mortuus est. multomagis iustificati nūc in sanguine ipsius: salui erim⁹ ab ira p ip̄m Si eni cū inimici essem⁹. recōciliati sumus deo p mortem filij ei⁹. multomagis recōciliati salui erimus in vita ip̄i⁹. Nō solū autē. sed ꝛ gloriant in deo. p ihesum xp̄m dn̄m nr̄m. S. mar. ix

In illo tpe. Dixit iohānes ad dn̄m. Magister vidim⁹ quendā in noīe tuo eijciente demonia q̄ nō sequit nos et phibuimus eū. Ihūs aūt ait. Nolite phibere eū. Nemo est qui facit virtutē in noīe meo et possit cito male loqui de me Qui enim nō est aduersū vos, p vob est. Quisqs eni potū dederit vobis calicē aque in noīe meo qꝛ xp̄i estis. Amen dico vob nō pdet mercedē suā. Et quisqs scādalisauerit vn ū ex hijs pusillis credētibꝫ in me. bonū est ei magis si circūdaretur mola asinaria collo ei⁹: ꝛ in mare mitteret. Et si scādalisauerit te manus tua. abscide illā. Bonū est tibi debilē introire in vitā. q̄ȝ duas manus habentē ire in gehēnā in ignē inextinguibilē. vbi vermis eoꝝ nō morit. et ignis nō ext nguit. Et si pes tuus scādalisatte. amputa illū. Bonū est tibi claudū introire i vitā eternā q̄ȝ duos pedes habentē mitti in gehēnā ignis inextinguibilis. vbi vermis eoꝝ nō morit

et ignis nõ extiguit. Qḋ si ocu
lus tuus scãdalisat te. eijce eũ
Bonũ ẽ tibi luscũ introire in re
gnũ dei q̃z duos oculos habẽtẽ
mitti in gehẽnã ignis. vbi ver
mis eorũ nõ morit̃ ⁊ ignis nõ ex
tinguit. *Feria. vj. Lco ep̃le bea
ti pauli ap̃li ad romanos. xiiij*

Fratres. Obsecro vos per
dñm nr̃m ihesũ xp̃m. ⁊ p
caritatẽ sp̃us sancti. ut adiuue
tis me in orõnibꝫ ad deũ. ut li
beret me ab infidelibꝫ qui sũt in
iudea. Et ut obsequij mei obla
tio fiat accepta in iherosolima
sanctis. ut veniã ad vos i gau
dio p volũtatẽ dei. ⁊ refrigerer vo
biscũ. Deus aũt pacis sit cum
oĩbꝫ vobis amen. in xp̃o ihesu
dño nr̃o. *Scḋm matheũ. xxiij*

In illo tp̃e. Dixit ihesus turbis
iudeorũ ⁊ principibꝫ sacerdotũ.
Ve vobis scribe ⁊ pharisei ypocri
te q̄ clauditis regnũ celorũ an
te hoĩes. Vos eni nõ intratis
nec introeũtes sinitis intrare.
Ve vobis scribe ⁊ pharisei ypocri
te q̄ comeditis domos viduarũ.
orõnes longas habẽtes. ꝓpter
hoc ampli⁹ accipietis iudiciũ.
Ve vobis scribe ⁊ pharisei ypocri
te. qui circuitis mare ⁊ aridã: ut
faciatis vnũ ꝓselitũ. Et cũ fa
ctus fuerit facitis eũ filiũ gehẽ
ne duplo q̃z vos. Ve vobis du
ces ceci: qui dicitis quicũq̧ iura
uerit p tẽplũ nichil ẽ. Qui autẽ
iurauerit in auro tẽpli debitor
esse debet. Stulti ⁊ ceci q̄d eni ma
ius ẽ. aurũ: an tẽplũ qḋ sancti
ficat aurũ? Et quicũq̧ iuraue
rit in altari nichil est. Quicũq̧
aũt iurauerit in dono qḋ ẽ sup
illḋ debet. Ceci. quid eni maius ẽ
donũ: an altare qḋ sanctificat
donũ. Qui ergo iurat in altari
iurat i eo ⁊ i oĩbꝫ q̄ sup illḋ sũt
Et quicũq̧ iurauerit in tẽplo.
iurat in illo ⁊ in eo qui habitat
in ip̃o. Et qui iurat in celo: iu
rat in throno dei. ⁊ in eo q̄ sedet
sup eũ. Ve aũt vobis scribe ⁊ pha
risei ypocrite. qui decimatis men
tã ⁊ anetũ ⁊ cyminũ. et reliqui
tis q̄ grauiora sunt legis. iudi
ciũ ⁊ misericordiã ⁊ fidem. Hec
opter facere ⁊ illa nõ omittere.

Ecce de⁹ adiu *Dñica. ix.*
uat me ⁊ dñs susceptor est
aĩe mee auerte mala inimi
cis meis in veritate tua dispge illos
ptector me⁹ dñe. *ps* Deus in noĩe
Lar *Orõ* tuo saluũ me fac.
gire nobis dñe q̃s semp
spiritũ cogitãdi q̄ recta sũt ꝓpi
cius et agẽdi: ut qui sine te esse
nõ possum⁹ scḋm te viuere va
leam⁹. P. *Lco ep̃le beati pauli*
Fratres. *ap̃li ad corin. x.*
Nõ sim⁹ ꝯcupiscẽtes ma
lorũ. sic et illi cõcupierũt. Neq̧
ydolatre efficiami. sic quidã ex
ip̃is. queadmodũ scriptũ ẽ. Se
dit p̃p̃ls mãducare et bibere. et

surrexerūt ludere. Neqz fornicemꝰ sic quidā ex ipsis fornicati sūt. ꝛ ceciderūt vna die viginti-tria milia. Neqz temptemꝰ xp̄m sicut quidā eorū temptauerūt. et a serpentibꝰ perierūt. Neqz murmuraueritis sic quidā murmurauerūt ꝛ perierūt ab exterminatore. Hec aūt oīa in figura contingebāt illis. Scripta sūt aūt ad correptionē nostrā in quos fines sc̄lorꝝ deuenerūt. Itaqz qui se existimat stare: videat ne cadat. Temptatio vos nō apprehendat nisi hūana. Fidelis autē est deus qui nō patiet̄ vos temptari sup id qd̄ potestis. sed faciet cū temptatione etiā prouentū ut possitis sustinere.

Dn̄e dn̄s Gr. noster quā admirabile ē nomē tuū in vniuersa terra. v̄. Qm̄ eleuata ē magnificētia tua sup celos. All'a. v̄. Attendite pp̄le meus legē meā.

In illo tpe. Homo S. lucā. xvi quidā erat diues qui habebat villicū. ꝛ hic diffamatus ē apud illū q̄si dissipasset bona illius. Et vocauit illū. ꝛ ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationē villicationis tue. Iā eni nō poteris villicare. Ait aūt intra se. Quid faciā? Quia dn̄s meus aufert a me villicationē. Fodere nō valeo. mēdicare erubesco. Scio qd̄ faciā: ut cū amotꝰ fuero a villicatōne. recipiāt me in domos suas. Cōuocatis itaqz singulis debitoribꝰ dn̄i sui: dicebat primo. Quātum debes dn̄o meo. At ille dixit. Centū cados olei. Dixitqz illi. Accipe cautōnē tuā ꝛ sede cito scribe quiquaginta. Deinde alij dixit. Tu vero quātū debes. Qui ait. Centū choros tritici. Ait illi. Accipe l'ras tuas et scribe octogita. Et laudauit dn̄s villicū iniquitatis: q2 prudenter fecisset. q2 filij hui9 seculi prudētiores filijs lucis in generacōe sua sūt. Et ego vob dico Facite vob amicos de mamona iniq̄tatis. ut cū defeceritis recipiāt vos i eterna tabernac'la.

Iusticie dn̄i recte letificātes Offr. corda ꝛ dulciora sup mel ꝛ fauū. nā et seruꝰ tuus custodit ea. Secretū.

Suscipe munera q̄s dn̄e q̄ tibi de tua largitate deferimꝰ: ut hec sacrosc̄a misteria gr'e tue cooperātē vtute p̄ntis vite nos cōuersacōne scificēt. ꝛ ad gaudia

Primū Cō. sempit'na pducāt q̄rite regnū dei. ꝛ oīa adijcietur vob

Sit nob dn̄e Cōpl'. dicit dn̄s. reparatio mentis ꝛ corpis celeste misteriū: ut cuiꝰ exequimr̄ actionē sentiamꝰ effectū. Feria q̄rta

Fr̄es Nescitis qm̄ ad romā. cui exhibetis vos s'uos ad obediēdū. serui estis eiꝰ cui obeditis siue pc̄ti i mortē. siue obedicōis ad iusticiā. Gr'as āt deo q2 fuistis s'ui pc̄ti. Obedistis āt ex corde i eā formā doctrīe i quā tra

diti estis. Liberati autē a pctō:
serui facti estis iusticie. In xp̄o
ihesu dn̄o nr̄o Scd̄m lucā·xvj
In illo tp̄e. Dixit i·d·s·Qui fide
lis ē in minimo ⁊ in maiori fidelis
est Et qui in modico iniquus ē
et in maiori iniqu⁹ est. Si ergo
in iniquo mām̄ona fideles nō
fuistis qd̄ verū est: q̄s credet vo
bis? Et si in alieno fideles non
fuistis qd̄ verū est: q̄s dabit vo
bis? Nemo seru⁹ potest duobꝫ
dn̄is seruire. Aut eni vnū odi-
et ⁊ alterū diliget. Aut vni ad-
herebit ⁊ alterū cōtemnet. Nō
potestis deo seruire ⁊ mām̄one.
Audiebāt hec oīa pharisei·qui
erāt auari ⁊ deridebāt ihesū. Et
ait illis. Vos estis q̄ iustifica-
tis vos corā hoībꝫ. Deus autē
nouit corda vr̄a: qꝛ qd̄ hoībus
altū est abhominatio ē apd̄ deū
Feria·vj· Lcō epl'e beati pauli
Fratres. apl'i Ad cori·v·
Scripsi vob̄ in epl'a· ne
cōmisceamini fornicarijs. Nō
vtiqꝫ fornicarijs huius mūdi
aut auaris aut rapacibus aut
idolis seruiētibꝫ Alioqui debue
ratis de hoc mūdo exisse. Nunc
autē scripsi vob̄·nō cōmisceri·
si is qui frater noīatus est for-
nicator·aut auarus aut idolis
seruiēs·aut maledicus aut ebri
osus aut rapax cū huiusmodi
nec cibū sumere. Quid eni mi-
chi de hijs qui foris sūt iudica-
re. Nōne de his q̄ intus sūt iu-
dicatis. Nā eos q̄ foris sūt de⁹
iudicabit. p ihm̄ xp̄m dn̄m nr̄m
In illo tp̄e. Roga- S·lucā·xj·
bat ihesū quidā phariseus: ut
prāderet apd̄ se. Et ingressus
recubuit. Phariseus autē cepit
intra se reputās dicere. Quare
nō baptisatus esset ante pran-
dium? Et ait dn̄s ad illū. Nūc
vos pharisei qd̄ deforis est cali
cis ⁊ cathini mūdatis· qd̄ autē
intus est vr̄m· plenū ē rapina
et iniquitate. Stulti: nōne qui
fecit qd̄ deforis est· etiā qd̄ deîn-
tus est fecit? Verūtamē qd̄ sup
est date elemosinā· ⁊ ecce om̄ia
mūda sunt vob̄. Sed ve vobis
phariseis qui decimatis mentā
et rutā ⁊ omne olus· ⁊ p̄teritis
iudiciū et caritatē dei. Hec autē
oportet facere ⁊ illa nō omittere.
Ve vob̄ phariseis qui diligitis
primas cathedras in synago-
gis ⁊ salutacōnes in foro. Ve
vob̄ qui estis ut monumēta q̄
nō apparēt ⁊ oēs ambulātes su
pra nesciūt. Rn̄dens aūt quidā
ex legisperitis: ait illi Magister
hec dicens: etiā nob̄ cōtumeliā
facis. At ille ait. Et vob̄ legis-
peritis ve· qui oneratis hoīes
oneribꝫ q̄ portari nō possūt. Et
ipi digito vr̄o nō tāgitis sarci
nas. Dominica·x·
Dum clamarē ād dn̄m ⁊ ex
audiuit vocē meā ab his q̄

appropinquāt michi et humiliauit
eos qui est ante secula et manet in
eternū iacta cogitatū tuū in dño et
ipe te enutriet. ps Exaudi de⁹ ora-
tionē meā cū depcor a timore inimici
mei eripe animā meā. Oratio

Pateant aures misericor-
die tue dñe pcibꝫ suppli-
cantiū: ꝛ ut petentibꝫ desiderata
cōcedas. fac eos que tibi placi-
ta sunt postulare. P d. Lectio
epl'e beati pauli apli ad corin-
thios .i. co. xij.

Fratres.
Scitis qm cū gentes esse-
tis ad simulacra muta prout
ducebamini eūtes. Ideo notū
vobis facio. q nemo in spū dei
loquēs. dicit anathema ihesu.
Et nemo potest dicere Dñs ihe
sus nisi in spiritu sancto. Diui
siones vero gratiarū sūt: idem
aūt spūs. Et diuisiones mini-
strationū sunt: idem autē dñs.
Et diuisiones operationū sūt:
idē vero de⁹. qui opat omnia in
omnibꝫ. Unicuiqꝫ autē datur
manifestatio spūs ad vtilita-
tem Alij quidē datur p spiritū
sermo sapientie. alij sermo sci
entie scdm eundē spiritū. alij fi
des in eodē spū Alij gra sanita
tum in vno spū. Alij operatio
virtutū. alij pphetia. alij discre
tio spirituū. alij gra linguarū
alij interptatio sermonū. Hec
autē oia opat vnus atqꝫ idem
spūs diuidēs singul' put vult.

Custodi me dñe ut pu- Grad.
pillā oculi sub umbra alarū tuarū
ptege me v De vultu tuo iudiciū
meū pdeat oculi tui videāt equitatē
Alla v Exultate deo adiutori
nostro iubilate deo iacob. v Su-
mite psalmū iocundū cū cythara.
In illo tpe. Scdm lucam .xix.
Cū appropinquaret ihūs ihe-
rosolimā videns ciuitatē fleuit
sup illā dicēs. Quia si cogno-
uisses et tu. et quidē in hac die
tua que ad pacē tibi. Nūc aūt
abscondita sūt ab oculis tuis.
Quia venient dies in te. et cir
cūdabunt te inimici tui vallo.
Et circūdabūt te ꝛ coangustia
būt te vndiqꝫ. ꝛ ad terrā pster
nent te et filios tuos qui in te
sunt. et nō relinquēt in te lapi-
dē sup lapidē. eo q nō cogno-
ueris tempus visitacōnis tue
Et ingressus in templū. cepit
eijcere vendētes in illo ꝛ emen
tes. dicens illis. Scriptū est q
domus mea: domus oracōnis
est. Uos autē fecistis illā spelū-
cā latronū. Et erat docēs quo-
tidie in templo. Offer

Ad te dñe leuaui animā meā de⁹
meus in te cōfido nō erubescā neqꝫ ir
rideāt me inimici mei eteni vniuersi
qui te expectāt nō cōfundētur.

Tibi domine sa- Secretū
crificia dicata reddantur acce-
pta. que sic ad honorē nominis
tui deferenda tribuisti. ut eadē

remedia nr̄a fieri p̄stares. P.
Acceptabilis sacrificiū iusti Com
cie oblationes et holocausta tūc im
ponent sup altare tuū dn̄e. Cōpl.
Quesumus dn̄e deus noster:
ut quos diuinis reparare non
desinis sacramentis tuis. non
destituas benignus auxilijs. P
dn̄m. Lectio epl'e beati pauli
apl'i Ad corinthios. i. corin. xv
Fratres. Nō omnis caro
eadem caro. Sed alia ho
minū. alia pecudū. alia vero vo
lucrū. alia autē pisciū. Et cor
pora celestia ⁊ corpora terrestria
Sed alia quidē celestiū gloria.
alia autē terrestriū. Alia clari
tas solis. et alia claritas lune.
et alia claritas stellarū. Stella
autē differt ab stella in clarita
te. sic et resurrectio mortuorū:
Seminatur in corruptiōne: sur
get in incorruptione. Semina
tur in ignobilitate: surget in
gloria. Seminat̄ in infirmita
te: surget in virtute. Seminat̄
corpus animale: surget corpus
spiritale. Sic eni scriptum est:
Factus est primus homo adā
in animā viuentē. nouissimus
autē adam in spiritū viuifican
tem. sed nō prius qd̄ spiritale
est: sed qd̄ animale. Deinde qd̄
spiritale. In xp̄o ihesu domi
no nostro. Scd̄m lucam. xxi.
In illo tp̄e. Dixit ih̄s dis. suis
Cū autē videritis circūdari ab
exercitu iherusalem. tūc scitote
quia appropinquabit desola
tio eius Tūc qui in iudea sunt
fugient ad montes. Et qui in
medio eius discedent. Et qui in
regionibz nō intrent in eam. q2
dies vltionis. Hij sunt ut im
pleantur om̄ia que scripta sūt
Ve autē pregnantibus et nu
trientibus in illis diebus. Erit
enim pressura magna sup ter
ram. et ira populo huic. Et ca
dent in ore gladij et captiui du
centur in omnes gentes. et ihe
rusalē calcabitur a gentibz. do
nec impleant̄ tp̄a nationū. Et
erūt signa in sole ⁊ luna et stel
lis. et in terris pressura gentiū
pre cōfusione sonitus maris ⁊
fluctuū. arescentibz hominibz
pre timore et expectatione que
superuenient vniuerso.
Feria. vj. Lectio epl'e beati pau
li apl'i ad corinthios. v. et. vj.
Fratres. Auferte malū ex
vobisimetipsis. Audet ali
quis vestrū habens negociū
aduersus alterū iudicari apud
iniquos et nō apud sanctos.
An nescitis qm̄ sancti de hoc
mūdo iudicabūt? Et si in vob
iudicabit mūdus. indigni estis
quia de minimis iudicetis Ne
scitis quoniā angelos iudica
bimus. Quanto magis secula
ria. Secularia igitur si habue
ritis contemptibiles qui sunt

in ecclesia cõstituite ad iudicã-
dum. In xp̄o ihesu dño nr̄o.
In illo tp̄e. Scd̄m lucam .xxi.
Dixit ihesus discipulis suis. At
tendite vobis ne forte grauen
tur corpora vestra in crapula ⁊
in ebrietate et curis huius vite
et superueniat in nos dies illa.
Tanq̄ laqueus eni supueniet
in omnes. qui sedent sup faciẽ
terre. Vigilate itaq omni tp̄e
orantes. ut digni habeamini fu
gere ista omnia que futura sũt
et stare ante filiũ hominis.

Dominica .xi.

Deus in loco sancto suo de⁹
qui inhabitare facit vna
nimes in domo ipse dabit virtutem ⁊
fortitudinem plebi sue. ps Exur
gat deus et dissipentur inimici eius
et fugiant qui oderũt eũ a facie eius.

Deus qui poten- Oratio
tiam tuã parcendo maxi
me et miserando manifestas.
multiplica sup nos misericor-
diã tuã: ut ad tua pmissa cur-
rentes. celestium bonor facias
esse cõsortes. P dñ. Lectio ep̄le
beati pauli ap̄li ad corinthios

Fratres. .i. corinthi .xv.
Notũ vob facio euange
liũ qd̄ p̄dicaui vob. qd̄ ⁊ accepi
stis in quo ⁊ statis p qd̄ ⁊ salua
mi. Qua ratione p̄dicauerim vo
bis si tenetis: nisi frustra credi-
distis. Tradidi enim vobis in
primis quod et accepi: quoniã
xp̄us mortuus est pro peccatis
nostris scd̄m scripturas. Et q
sepultus est. et quia resurrexit
tercia die scd̄m scripturas. Et
quia visus est cephe. ⁊ post hoc
vndecim. Deinde visus est plus
q̄ quingentis fratribꝫ simul.
ex quibus multi manent vsq
adhuc. quidam autem dormie-
runt. Deinde visus est iacobo.
deinde apostolis omnibꝫ. No-
uissime autẽ omniũ tanq̄ ab-
ortiuo visus est et michi. Ego
enim sum minimus apostolo-
rum. qui non sum dignus vo-
cari apostolus. quoniã psecu-
tus sum ecclesiã dei. Gratia aũt
dei sum id qd̄ sum. Et gr̄a eius
in me vacua nõ fuit. Grad.

In deo sperauit cor meũ et adiu-
tus sum et refloruit caro mea ⁊ ex vo
lũtate mea cõfitebor illi. v Ad te do
mine clamaui deus meus ne sileas
et ne discedas a me. Alla v Do
mine deus salutis mee in die clama-
ui et nocte corã te. Scd̄m lucam

In illo tempore. Dixit .xviii.
ihesus ad quosdã qui in se cõ-
fidebant tanquã iusti. et asper-
nabãtur ceteros parabolã istã
dicens. Duo homines ascende
runt in templum ut orarent.
vnus phariseus et alter publi
canus. Phariseus autem stãs
hec apud se orabat dicẽs. De⁹
gratias ago tibi q non sum si
cut ceteri hoim raptores iniusti

adulteri velut etiā hic publica
nus. Ieiuno bis in sabbato· de
cimas do omniū q̄ possideo. Et
publicanus a longe stans no-
lebat nec oculos ad celum leua
re· sed percutiebat pectus suū di-
cens. Deus ꝓpicius esto michi
peccatori. Amen dico vobis de-
scēdit hic iustificatus in domū
suā ab illo. Quia omnis qui se
exaltat humiliabitur· et qui se
humiliat exaltabitur. Offer
Exaltabo te dn̄e quoniā suscepisti
me nec delectasti inimicos meos sup
me dn̄e clamaui ad te et sanasti me.
Respice dn̄e q̄s Secretū
nostrā ꝓpicius seruitutē: ut qd̄
offerimus sit tibi munus acce-
ptum· sit nr̄e fragilitatis sub-
sidium. P dn̄m. Com·
Honora dn̄m de tua substantia et
de primicijs frugū tuarū ut impleā
tur horrea tua saturitate et vino tor
cularia iocundabūt. Cōplenda
Sentiamus dn̄e tui perceptio
ne sacramenti subsidiū mentis
et corporis· ut in vtroqꝫ saluati
celestis auxilij plenitudine glo
riemur. P dn̄. Lectio ep̄le beati
pauli ap̄li ad corinthios· i· cori
Fratres· Nesci- thior· vj
tis q̄m corpora vr̄a mem
bra sunt xp̄i. Tollens ergo mē
bra xp̄i· faciā mēbra meretricis
Absit. An nescitis· quomodo
qui adheret meretrici vnū cor-
pus efficitur. Erunt enī inquit
duo in carne vna. Qui aūt ad
heret dn̄o· vnus sp̄us est cū eo.
Fugite fornicationem. Omne
peccatū quodcūqꝫ fecerit homo
extra corpus est. Qui autē for
nicatur in corpus suum peccat.
An nescitis q̄m mēbra vestra
templū sūt spiritus sancti qui
habitat in vobis· quē habetis
a deo et non estis vestri. Empti
enī estis precio magno· glorifi
cate et portate deum in corpore
vestro. Scd̄m matheum· xij·
In illo tp̄e. Dixit ih̄us dis· suis
Qui nō est mecū contra me est
Et qui nō colligit mecū: disper-
git. Ideo dico vobis. Omne pec-
catū et blasphemia remittetur
hominibꝫ· sp̄us autē blasphe-
mie nō remittet̄. Et quicūqꝫ di-
xerit verbū cōtra filiū hoīs re-
mittet̄ ei. Qui aūt dixerit cōtra
spiritū sanctū: nō remittetur ei
neqꝫ ī hoc seculo neqꝫ in futuro
Aut facite arborē bonā ⁊ fructū
eius bonū. Aut facite arborē ma
lam: ⁊ fructū eius malū. Siqui
dem ex fructu arbor cognoscit̄.
Progenies viperarum. Quo-
modo potestis bona loqui cum
sitis mali. Ex abundantia enī
cordis os loquitur. Bonus ho
mo de bono thesauro ꝓfert bo-
na. Malus homo de malo the
sauro profert mala. Dico aūt
vobis· q̄ omne verbū ociosū qd̄
locuti fuerit hoīes· reddēt de eo

rationem in die iudicij. Ex verbis eni tuis iustificaberis et ex verbis tuis condemnaberis.

Feria sexta Lco epl'e beati pauli apli Ad romanos xiiij.

Fratres. Que pacis sunt sectemur et q̄ edificationis sūt invicē custodiam⁹. Nolite propter escā destruere opus dei. Omnia quidem mūda sūt sed malū est homini qui per offendiculū manducat. Bonum est nō manducare carnē et nō bibere vinū. neq; in quo frater tuus offenditur aut scandalisatur aut infirmatur. Tu fidē quā habes penes temetipm habe coram deo in xp̄o ihesu domino nostro. Scd̄m lucā xvij

In illo tpe. Interrogatus ihesus a phariseis quando venit regnū dei. Respondit eis ⁊ dixit Non venit regnū dei cū observatione. Neq; dicent. Ecce hic aut ecce illic. Ecce eni regnū dei intra vos est. Et ait ad illos. Venient dies in quibs considerabitis videre vnum diem filij hominis et nō videbitis. Et dicent vobis. Ecce hic et ecce illic. Nolite ire neq; sectemini. Nā sicut fulgur chorușcans de sub celo: in ea que sub celo sunt fulget ita erit fili⁹ hominis in die sua. Primū autē oportet illum multa pati et reprobari a generatione hac. Et sicut factum est in diebus noe ita erit in diebus filij hoīs. Edebāt ⁊ bibebāt emebāt ⁊ vendebāt vxores ducebant et dabātur ad nuptias vsq; in diem qua intravit noe in archam. Et venit diluviū et pdidit omnes. Similiter et factum est in diebus loth. Edebāt et bibebant emebant et vendebant plantabant et edificabāt Qua die autem loth exijt a sodomis pluit ignem et sulphur de celo ⁊ omnes pdidit. Scd̄m hec erit qua die filius hominis revelabit. In illa hora qui fuerit in tecto ⁊ vasa eius in domo nō descendet tollere illa et qui in agro similiter non redeat retro. Memores estote vxoris loth. Quicūq; querit animam suā salvare perdet illā. Et quicūq; pdiderit illam vivificabit eam. Dico vobis in illa nocte erunt duo in lecto vno vnus assumetur et alter relinquetur. Duo in agro vnus assumetur et alter relinquetur. Respondentes dicūt illi. Ubi dn̄e? Qui dixit eis. Ubicūq; fuerit corpus illuc cōgregabuntur ⁊ aquile. Dn̄ica xij.

Deus in adiutoriū meū intende dn̄e ad adiuvandū me festina cōfundantur et revereantur omnes inimici mei qui querūt animā meā. ps Avertantur retrorsum et erubescant qui volūt michi mala.

Omnipotens sem= Oro
piterne deus· qui abun=
dātia pietatis tue ⁊ merita sup
plicū excedis ⁊ vota· effunde su
per nos misericordiā tuā: ut di
mittas que conscientia metuit
et adijcias qđ oratio omnino
nō p̄sumit. P. Lectio epistole
beati pauli apl'i ad corinthios·
Fidu= ·ij· cori· iij·
ciā talē habem⁹ p xp̄m ad
deū· nō q' sufficientes simus co
gitare aliquid a nobis quasi ex
nobis. Sed sufficientia nostra
ex deo est· qui et idoneos nos fe
cit ministros noui testamenti·
non littera sed spiritu. Littera
eni occidit· sp̄us viuificat. Qđ
si ministratio mortis litteris de=
formata in lapidibꝫ fuit in glo
ria. Ita ut nō possent filij isra=
hel intendere in faciem moysi·
ꝓpter gloriam vultus eius que
euacuatur· quomō non magis
ministratio sp̄us erit in gloria
Nam si ministratio damnatio=
nis gl'a est· multomagis abun
dat ministeriū iusticie in gl'a.
Benedicā dn̄m in omni Grad·
tempore semp laus eius in ore meo.
ẏ In dn̄o laudabitur anima mea
audiant mansueti et letentur.
All'a ẏ Dn̄e refugium factus es
nobis a generatione et ꝓgenie.
Secundum Marcum· vij·
In illo tempore. Exiens
ihesus de finibus tyri ve
nit p sydonem ad mare galilee
inter medios fines decapoleos.
Et adducūt ei surdum ⁊ mutū:
et deprecabātur eū ut impone=
ret ei manū. Et apprehendens
eum de turba seorsum: misit di
gitos suos in auriculā eius· et
exspuens tetigit linguā eius.
Et respiciens in celū: ingemuit
et ait illi. Effeta· qđ est adaperi=
re. Et statim aperte sunt aures
eius· ⁊ solutū est vinculū lingue
eius: ⁊ loquebatur recte. Et p̄ce
pit illis ne cui dicerent. Quāto
autē eis p̄cipiebat tātomagis
plus p̄dicabant· ⁊ eo amplius
ammirabātur dicentes. Bene
omnia fecit: surdos fecit audi=
re et mutos loqui. Offr.
Precatus est moyses in conspectu
dn̄i dei sui et dixit· precatus est moy
ses in cōspectu domini dei sui ⁊ dixit·
quare domine irasceris i populo tuo
parce ire animi tui· memento abra=
ham ysaac et iacob quibꝫ iurasti da
re terrā fluentem lac et mel· et placa=
tus factus est dominus de maligni=
tate quā dixit facere populo suo.
Hostias quesu= Secretum
mus dn̄e ꝓpicius intende quas
altaribꝫ exhibemus: ut nobis
indulgentiā largiendo tuo no=
mini dent vigorem. P dn̄m.
De fructu operū tuorum Com·
domine saciabitur terra· ut educas
panem de terra et vinum letificet cor
hominis ut exhilaret faciem in oleo

et panis cor hominis confirmet.
Gaudeat qs̄ dñe Cōplen.
populus tuus semp tua benedi
ctione cōfisus: ut tpalibꝫ bene-
ficijs adiuuetur ꝛ erudiať eter-
nis. P dñ. Feria q̄rta Lc̄o eplē
beati pauli aplī ad corinthios
Fratres. Nō .ij. corinth. iiij.
enim p̄dicamus nosmet
ipos. sed ihesū xp̄m dn̄m nr̄m
nos autē seruos vr̄os p ihesū
Quomō ihesus q̄ dixit lucē de
tenebris splendescere: illuxit in
tenebris in cordibus nr̄is ad il
lumiatione scientie claritatis
dei: in facie ihesu xp̄i. Habemus
aūt thesaurū istū in vasis ficti
libꝫ: ut sublimitas sit virtus dei
et nō ex nob. In omnibꝫ tribu
latione patimur: sed nō angu-
stiamur. Aperiamur. sed nō de-
stituimur. Persecutionē patimᷣ
sed nō derelinquimᷣ. Humilia-
mur sed nō cōfundimur. Deijci
mur sed nō perimᷣ. Semp mor
tificationē ihesu in corpore nr̄o
circūferentes. ut ꝛ vita ihesu in
cordibꝫ nostris manifestetur.
In illo tpe. Scd̄m matheū .ix.
Trāseunte ihesu. secuti sūt eū
duo ceci clamātes et dicentes.
Miserere nostri fili dauid. Cū
autē venisset domū: accesserūt
ad eum ceci. Et dixit eis ihesus
Creditis q2 hoc possum facere
vob. Dicūt ei. Vtiqꝫ dñe. Tūc
tetigit oculos eoꝝ dicens. Se-
cundū fidem vestrā fiat vobis.
Et aperti sunt oculi eoꝝ. Et cō-
minatus est ihesus illis dicēs.
Videte ne quis sciat. Illi autē
exeuntes: diffamauerunt eū in
tota terra illa. Egressis autē il
lis. ecce obtulerūt ei hominem
mutū demoniū habentē. Et eie-
cto demonio: locutus est mu-
tus. et mirate sunt turbe dicen-
tes. Nunq̄ apparuit sic in isra
hel. Pharisei autē dicebāt. In
principe demonioꝝ eijcit demo-
nia. Et circuibat ihesus ciuita-
tes omnes et castella. docēs in
synagogis eoꝝ. et p̄dicās euā
gelium regni. et sanans omnē
languorē ꝛ omnē infirmitatē.
Feria sexta. Lectio eplē beati
pauli aplī ad romanos .xiiij. ꝛ
Fratres. Beatus qui .xv.
nō iudicat semetipm in
eo q2 probat. Qui autē discer-
nit si manducauerit dānatus
est. q2 nō est ex fide. Omne aūt
qd̄ nō est ex fide: peccatū est. De-
bemus autē nos firmiores im-
becillitates infirmoꝝ sustinere
et nō nob placere. Vnusquisqꝫ
vestrū pximo suo placeat in
bonū ad edificationē. In xp̄o
ihesu dño nostro. Scd̄m ma-
In illo tpe. Cepit ihe- theū .xj.
sus exprobrare ciuitatibus in
quibus facte sunt plurime vir
tutes. quia egissent peniten-
tiā. Ve tibi corrozaym. Ve tibi

bethsaida. Quia si in tyro et sydone facte essent virtutes que facte sunt in vobis. olim in cilicio et cinere penitētiā egissent Verūtamen dico vobis. tyro et sydoni remissius erit in die iudicij q̄z vobis. Et tu capharnaum nūquid vsqz in celū exaltaberis. vsqz in infernū descēdes. Quia si in sodomis facte fuissent virtutes que facte sūt in te. forte mansissent vsqz in hanc diē. Verūtamen dico vobis. quia terre sodomoꝝ remissius erit in die iudicij q̄z tibi.

Dñica. xvj. Introitus

Respice dñe in testamentū tuū et animas pauperum tuoꝝ ne derelinquas in finē. exsurge dñe et iudica causam meā et ne obliviscaris voces querentium te. ps Vt quid dñe repulisti in finem iratus est furor tuus super oves pascue tue.

Omnipotens Oro sempiterne deus de cuius munere venit ut tibi a fidelibꝫ tuis digne et laudabiliter serviatur. tribue q̄s nob ut ad ꝓmissiones tuas sine offensione curram⁹. P. Lco eplē beati pauli apli Ad galathas. iij.

Fratres. Abrahe dicte sūt ꝓmissiones et semini ei⁹ Non dicit ꝛ seminibꝫ quasi in multis sed quasi in vno et semini tuo qui est xp̄s. Hoc autē dico testamentū confirmatū a deo que post quadringentos et triginta ānos facta est lex nō irritū facit ad evacuandē promissionē. Nā si ex lege hereditas: iā nō ex ꝓmissione. Abrahe autē p ꝓmissionē donavit deus. Quid igit lex ꝓpter trāsgressionē posita est. donec veniret semen cui repromiserat de⁹ ordinata p angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnus nō est. deus autem vnus est Lex vero adversus ꝓmissa dei. Absit. Si eni data esset lex. que posset vivificare. vere ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato. ut ꝓmissio ex fide ihesu xp̄i daretur credentibus. Grad.

Respice dñe in testamentū tuū. et animas pauperū tuoꝝ ne obliviscaris in finem. v̄ Exsurge dñe et iudica causam meām memor esto opprobrij servoꝝ tuoꝝ. All'a v̄ Venite exultemus dño iubilemus deo salutari nostro v̄ Preoccupemus faciem eius in cōfessione et in psalmis iubilemus ei. Scd̄m lucā. x.

In illo tp̄e. Dixit ihesus discipulis suis. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico eni vobis q̄ multi reges et ꝓphete voluerūt videre que vos videtis et non viderunt. Et audire que vos auditis et nō audierunt. Et ecce quidā legisperitus surrexit temptās illū ꝛ dicens.

Magister: quid faciendo vitā
eternā possidebo? At ille dixit
ad eum. In lege quid scriptum
est? Quomodo legis? Ille re-
spondens dixit. Diliges deū tuū
ex toto corde tuo. et ex tota ani
ma tua. et ex omībꝫ viribꝫ tuis
et ex omni mente tua. et proxi
mū tuū sicut teipm̄. Dixit autē
illi. Recte respondisti. Hoc fac
et viues. Ille autē volens iusti
ficare seipm̄. dixit ad ihesū. Et
quis est meus ꝓximus? Suspi
ciens autē dixit ihesus. Homo
quidā descendebat ab iherusalē
in iericho. ꝛ incidit in latrones
qui etiā despoliauerūt eum. Et
plagis impositis: abierūt semi
viuo relicto. Accidit autē ut sa
cerdos quidā descenderet eadem
via. et viso illo ꝓteriuit. Simi-
liter et leuita cū esset secus viā
et videret eū ꝑtransijt. Sama-
ritanus autē quidā iter faciēs
venit secus eum. et videns eū:
misericordia motus est. Et ap
propiās alligauit vulnera eiꝰ
infundens oleū ꝛ vinū. et impo
nēs illū in iumentū suū: duxit
in stabulū. et curā eius egit. Et
altera die protulit duos dena-
rios et dedit stabulario. et ait.
Curā illius habe. et quodcūqꝫ
erogaueris: ego cū rediero red
dam tibi. Quis ergo horū triū
videtur tibi proximus fuisse illi
qui incidit in latrones. At ille
dixit. qui fecit misericordiā in
illū. Et ait illi ihesus. Uade et
tu fac similiter. Offr̄.
In te speraui dn̄e dixi tu es deus
meus in manibꝫ tuis tēpora mea.
Propiciare dn̄e popu- Secr̄.
lo tuo propiciare muneribꝫ: ut
hac oblatione placatus. et in-
dulgentiam nobis tribuas. et
postulata cōcedas. Com̄.
Panem de celo dedisti nobis dn̄e
habentē omne delectamentū et omnē
saporem suauitatis. Cōplenda
Sumptis dn̄e celestibꝫ sacra
mentis ad redemptionis eter-
ne quesumus ꝓficiamus au-
gmentū. P dn̄m. Feria sexta
Lectio ep̄le beati pauli apsto
li Ad corinthios. ij. corinth. v.
Fratres. Scimus quoma
do si terrestris domus no
stra huius habitacōnis dissol
uatur. Quia edificationem ex
deo habemus domū nō manu
factam eternā in celis. Nam et
in hoc ingemiscimus habita-
tionem nostrā que in celis est:
superindui cupientes. Si tamē
vestiti et nō nudi inueniamur
Nam et qui sumus in hoc ta-
bernaculo ingemiscimus gra-
uati. Eo q nolumus expolia-
ri sed superuestiri: ut absorbea-
tur qd mortale est a vita. Qui
aūt efficit nos in hoc ipm̄ deus
est qui dedit nobis pignus spi
ritus. Audientes igitur semp

et scientes quomodo dum su-
mus in corpore peregrinamur
a dño. Per fidem enim ambu-
lamus et nõ p spem. Habemus
autẽ et bonã voluntatẽ magis
a corpore et psentes esse ad do-
minũ. Et vere cõtendim9: siue
absentes siue psentes placere
illi. Omnes enim nos manife-
stari oportet ante tribunal xpi
ut recipiat vnusquisqz put ges-
sit siue bonũ siue malũ. Scien-
tes autẽ timorẽ dñi: hominibz
suademus. deo autẽ manifesta-
ti sumus. Spero autẽ et in cõ-
scientijs vris manifestos vos
esse. Per ihesum xpm dñm no-
strum. Scdm matheũ. xij.
In illo tpe. Abeuntes pharisei
consiliũ faciebãt aduersus ihe-
sum quomodo eum pderent.
Ihesus aũt sciens: recessit inde.
Et secuti sunt eũ multi. ⁊ cura-
uit eos oẽs. Et pcepit eis ne
manifestũ eum facerent. ut ad-
impleretur qd dictũ est p ysaiã
prophetã dicentem. Ecce puer
meus quẽ elegi dilectus meus
in quo bene complacuit anime
mee. Ponam spiritũ meũ sup
eum. iudiciũ gentibz nũciabit.
non contendet neqz clamabit.
neqz audiet aliquis in plateis
vocem eius. Arundinẽ quas-
satam nõ cõfringet. ⁊ lignũ fu-
migans non extinguet. donec
eijciet ad victoriã iudiciũ. et in
nomine eius gentes sperabũt.
Feria sexta. Lco epistole beati
pauli apli Ad romanos. xv.
Fratres. Certus sum ⁊ ego
ipse de vobis. quoniã et
ipi pleni estis dilectione. reple-
ti omni scientia. ita ut possitis
alterutrum monere. Audacius
autem scripsi vobis fratres. ex
parte tanqz in memoriã vos
reducens propter gratiã que
data est michi a deo. ut sim mi-
nister ihesu xpi in gentibz. san-
ctificans euãgeliũ xpi. ut fiat
oblatio gentiũ accepta et san-
ctificata in spiritu sancto. Ha-
beo igitur gloriã in xpo ihesu
ad deũ. Non enĩ audeo aliquid
loqui eorũ que p me non efficit
xps in obedientia gentiũ. ver-
bo et factis et virtute signorũ
et prodigiorũ in virtute spiri-
tus sancti. In xpo ihesu domi-
no nostro. Scdm lucam. xiij.
In illo tpe. Dum iret ihe-
sus p ciuitates ⁊ castella
docens. et iter faciens in iheru-
salem. ait illi quidam. Domi-
ne: si pauci sunt qui saluãtur?
Ipse autem dixit ad illos. Cõ-
tendite intrare p angustã por-
tam. Quia dico vobis. multi
querent intrare: et nõ poterũt.
Cũ intrauerit paterfamilias.
et clauserit ostiũ. incipietis fo-
ris stare et pulsare ostium di-
centes. Domine: aperi nobis.

Et respondens dicet eis Nescio
vos unde sitis. Tunc incipie-
tis dicere. Manducauimus et
bibimus coram te: et in plateis
nostris docuisti. Et dicet vobis
Nescio vos unde sitis. Discedi
te a me omnes operarii iniqui
tatis in ignē eternū· ibi erit fle
tus et stridor dentiū. Cum vide-
ritis abraham et ysaac et iacob
et omnes prophetas in regno dei
Uos autē expelli foras. Et ve-
nient ab oriente et occidente· et
ab aquilone et austro· et recum
bent in regno dei. Et ecce sūt no
uissimi qui erant primi· et sunt
primi qui erant nouissimi.

Dominica ·xiiii·

Protector noster aspice deus
et respice in faciem xpi tui
quia melior est dies una in atriis tuis
super milia. ps Quā dilecta taber
nacula tua dñe virtutū concupiscit
et deficit anima mea in atria dñi.

Omnipotēs sem- Oratio
piterne deus· da nobis fi-
dei spei et caritatis augmentū·
et ut mereamur assequi quod
promittis· fac nos amare qd preci
pis. P dn. Lectio epistole beati
pauli apostoli Ad galathas· v

Fratres. Spiritu ambula
te et desideria carnis non
perficietis. Caro enim cōcupiscit
aduersus spiritū· spiritus aūt
aduersus carnē. Hec enim sibi
inuicē aduersantur· ut nō que-
cunque vultis illa faciatis. Qd
si spiritu ducimini nō estis sub
lege. Manifesta autē sunt ope
ra carnis· que sunt fornicatio·
immūdicia· impudicicia· luxu-
ria· ydolorum seruitus· veneficia·
inimicicie· cōtentiones· emula
cōnes· ire· rixe· dissensiones· se-
cte· inuidie· homicidia· ebrieta
tes· cōmessationes· et hiis simi
lia. Que predico vobis sicut pre
dixi. Quoniā qui talia agunt
regnū dei nō cōsequentur. Fru-
ctus autē spiritus est caritas·
gaudiū pax patientia longa-
nimitas bonitas benignitas
māsuetudo fides spes modestia
cōtinentia castitas. Aduersus
huiusmodi nō est lex. Qui aūt
sunt xpi carnē suā crucifixerūt
cum viciis et cōcupiscentiis.

Bonū est confiteri dño Grad.
et psallere nomini tuo altissime. v
Ad annunciandū mane misericor-
diā tuā et veritatem tuā per noctem.
Alla v Quoniā magnus dñs
et rex magnus super omnē terram.

In illo tpe. Scdm lucā· xvii·
Dum iret ihesus in iherusalē·
trāsibat per mediam samariā
et galileam. Et dum ingredere
tur quoddā castellum· occurre
rūt ei decem viri leprosi· qui ste
terunt a longe· et eleuauerunt
vocem suam dicentes. Ihesu
preceptor: miserere nostri. Quos
ut vidit dixit. Ite ostēdite vos

sacerdotibus. Et factū est dum
irent: mundati sunt. Unus au
tem ex illis. ut vidit quia mun
datus est. regressus est cū ma-
gna voce: magnificans deum.
Et cecidit in faciem ante pedes
eius gratias agens. et hic erat
samaritanus. Respondens au
tem ihesus dixit. Nonne decem
mūdati sunt et novē ubi sūt?
Nō est inventus qui rediret et
daret gloriā deo nisi hic alieni-
gena. Et ait illi. Surge et vade
quia fides tua te salvū fecit.

Immittit angelus dñi Offer
in circuitu timentium eum et eripiet
eos gustate et videte quoniā suavis
est dominus. Secretū

Concede nobis domine que-
sumus: ut hec hostia salutaris
et nostrorum fiat purgatio pecca
torum. et tue propiciatio maiestatis.

Panis quem ego Com. P S.
dabo caro mea est pro seculi vita.

Purificent semp Cōplenda
et muniāt tua sacramēta nos
deus. et ad perpetue deducāt sal
vationis effectum. P dñm.

Feria quarta. Lectio epistole
beati pauli apli Ad corinthios

Fratres: .ij. corinth. vi.
Nolite iugum ducere cū
infidelibus. Que eni participa
tio iusticie cū iniquitate? Aut
q̄ societas lucis ad tenebras?
Que autem conventio xpi ad
belial? Aut que pars fidelis cū
infideli? Qui autem cōsensus
templo dei cū ydolis? Vos eni
estis templū dei vivi sicut dixit
deus. Quoniā inhabitabo in
illis et inambulabo: et ero illo-
rum deus. et ipsi erūt michi po-
pulus. Propter qd exite de me
dio eorum: et separamini dicit
dñs. et immundū ne tetigeri-
tis. et ego recipiā vos. Et ego
ero vobis in patrem: et vos eri
tis michi in filios et filias. di-
cit dñs omnipotens. Has igi-
tur promissiones habentes: ca
rissimi mūdemus nos ab omni
inquinamento carnis et spiri-
tus. perficientes sanctificationē
in timore. Scdm marcū. j.

In illo tpe. Venit ad ihe
sum leprosus quidā de-
precans eū: et genuflexo dixit.
Domine si vis potes me mun-
dare. Ihesus autem misertus
eius extendit manum suam: et
tangens eū ait illi. Volo: mū
dare. Et cum hoc dixisset: sta-
tim discessit ab eo lepra. et mū
datus est. Et cōminatus est ei.
Statimqz eiecit illū et dixit ei.
Vide: nemini dixeris: sed vade
ostende te principi sacerdotū.
et offer pro emundatione tua
que precepit moyses in testimo-
niū illis. Et ille egressus cepit
predicare et diffamare sermonē.
ita ut iam nō posset manifeste
in civitatem introire sed foris

in desertis locis esse·et cõuenie
bant ad eum vndiqz: Feria
sexta Scdm̃ marcum·viij·

In illo tempore. Exierũt phari
sei ⁊ ceperũt cõquirere cũ ihesu
querentes ab illo signũ de celo
et temptãs eũ et ingemiscens
spũ ait. Quid generatio ista
signũ querit? Amen dico vo-
bis. Si dabitur generacõni isti
signum. Et dimittens eos: et
ascendẽs iterũ in nauim: abijt
trans fretum·et obliti sunt su
mere panes·et nisi vnũ panẽ
non habebant secum in naui.
Et p̃cipiebat eis dicens. Vide-
te et cauete a fermento phari-
seorũ et a fermento herodis.
Et cogitabant alter ad alterũ
dicentes. Quare panes nõ ha
bemus? Quo cognito ait illis
ihesus. Quid cogitatis·quia
panes non habetis? Nondum
cognoscitis nec intelligitis?
Adhuc habetis cecatũ cor ve-
strum. Oculos habentes nõ vi
detis: et aures habentes nõ au-
ditis. Nec recordamini quomo-
do quiqz panes fregi in quiqz
milia hominũ·et quot cophi-
nos fragmentorũ plenos su-
stulistis? Dicunt ei·duodecim.
Quãdo et septem panes ⁊ qua
tuor milia et quot sportas fra-
gmentorũ sustulistis? Dicũt ei.
Septem. Et dicebat eis. Quo-
modo nondum intelligitis?

Dominica xv· Introitus.

Inclina dñe aurẽ tuã ad
me et exaudi me saluũ fac
seruũ tuũ deus meus spe-
rantẽ in te miserere mei domine quo
niam ad te clamaui tota die. ps
Letifica animã serui tui quoniã ad
te domine animã meam leuaui.

Custodi domine Oratio
quesum⁹ ecclesiã tuam
propiciatione perpetua·quia
sine te labitur humana morta
litas·tuis semp auxilijs et ab-
strahatur a noxijs·et ad salu-
taria dirigatur. Per dñm.

Lectio epistole beati pauli apo
stoli Ad galathas·v·et·vj·

Fratres. Si spiritu viui-
mus·spiritu et ambule-
mus. Non efficiamur inanis
glorie cupidi·inuicem prouo-
cantes·inuicẽ inuidentes. Fra-
tres. Et si preoccupatus fuerit
homo in aliquo delicto: vos
qui spirituales estis huiusmodi
instruite in spiritu lenitatis cõ
siderans teipsum ne et tu tem-
pteris. Alter alteri⁹ onera por-
tate·et sic adimplebitis legem
xpi. Nam si quis existimat se
aliquid esse cũ nichil sit: ipse se
seducit. Opus autẽ suũ probet
vnusquisqz: et sic in semetipso
tantũ gloriã habebit ⁊ non in
altero. Vnusquisqz enĩ onus
suum portabit. Cõmunicet aũt
is qui cathezizat verbo·ei qui

se cathezisat in omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur. Que enim seminauerit homo: hec et metet. Quoniam qui seminat i carne sua: de carne sua et metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu de spiritu et metet vitam eternam. Bonū autē facientes nō deficiamus. tempore enim suo metemus nō deficientes. Ergo dum tempus habemus: operemur bonū ad omnes. Maxime ad domesticos fidei. Grad.

Bonū est confitere in dño quā cōfidere in homine. ỽ. Bonū est sperare in dño quā sperare in principibus. Alla. ỽ. Dñe exaudi orationem meā et clamor meus ad te veniat. Scdm matheum. vj.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnū odio habebit: et alterū diliget. Aut vnū sustinebit: et alterū cōtemnet. Non potestis deo seruire et māmone. Ideo dico vobis. ne solliciti sitis anime vr̄e quid manducetis. neq3 corpori vr̄o quo induamini. Nōne anima vestra plus est q̄3 esca. et corpus plus q̄3 vestimentū? Respicite volatilia celi: quoniā nō serūt neq3 metunt. neq3 cōgregant in horrea. et pater vester pascit illa. Nōne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrū cogitans potest adijcere ad staturam suam cubitū vnum? Et de vestimento qd solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt. non laborant neq3 nent. Dico autē vobis quoniā nec salomon i oīni gloria sua coopertus est sicut vnū ex istis Si autem fenū agri qd hodie est et cras in clibanū mittitur: deus sic vestit. quanto magis nos modice fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes. Quid māducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur? Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enī pater vester quia hijs omnibus indigetis. Querite ergo primū regnū dei et iusticiā eius et hec oīa adijcientur vobis.

Expectans expectaui dñm Offr. et respexit me et exaudiuit deprecationem meā. et immisit in os meū canticū nouum hymnū deo nostro.

Tua nos domine Secretū sacramenta custodiant. et cōtra dyabolicos tueantur incursus. Per dñm. Com.

Qui manducat carnem meā et bibit sanguinem meū in me manet et ego in eo dicit dñs. Cōplenda

Mentes nr̄as et corpora nostra possideat dñe quesumus doni celestis operatio: ut nō noster sensus. sed iugiter nobis eius p̄ualeat effectus. P dñ.

Feria quarta Lectio epistole beati pauli apostoli Ad colocenses .j.

Fratres. Gratias agim⁹ deo patri qui nos dignos fecit in partẽ sortis sanctorum in lumine · qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit nos in regnũ filij dilectõnis sue in quo habemus redemptionẽ p sanguinem filij eius · in remissionem omniũ peccatorum · qui est imago dei inuisibilis primogenitus omnis creature · quia in ipso condita sunt vniuersa in celo et in terra visibilia ⁊ inuisibilia · siue throni dominationes · siue principatus siue potestates · omnia in ipõ et p ipm̃ creata sunt. Et ipẽ est ante omnia · et in ipso omnia constãt · et ipse est caput corporis ecclesie · qui est principiũ primogenitus ex mortuis · ut sit ipse in omnibus primatũ tenens · ihesus xp̃us dominus noster.

Secundũ marcum · viij ·

IN illo tẽpore. Venit ihesus bethsaidam · et adducũt ei cecum · ⁊ rogabant eũ ut illum tangeret. Et apprehensa manu ceci · eduxit eum extra vicũ. Et expuens in oculos ei⁹ · impositis manibus suis: interrogauit eum si aliquid videret. Et aspiciens ait. Video homines velut arbores ambulantes. Deinde manus imposuit super oculos eius et cepit videre. Et restitutus est ita ut videret clare omnia Et misit illum in domũ suam dicens. Vade in domũ tuam. Et si in vicum introieris nemini dixeris.

Feria sexta Lectio epistole beati pauli apostoli Ad galathas .iiij.

FRatres. Scitis quia p̃ infirmitatẽ carnis euãgelisaui vobis iam pridem · et temptationẽ vestrã in carne mea non spreuistis neq; respuistis · sed sicut angelũ dei concepistis me sicut xp̃m ihesum. Vbi est ergo beatitudo vestra? Testimoniũ enim phibeo vobis · q; si fieri potuisset · oculos vestros eruissetis et dedissetis michi. Ergo inimicus vobis factus sum: verum dicens vobis. Emulantur vos nõ bene sed excludere vos volũt: ut illos emulemĩ. Bonũ autẽ emulamĩ in dño semp. In xp̃o ihesu dño nostro.

Scdm lucã .xx.

IN illo tpe Factũ est vna dierũ docente ihesu populũ in tẽplo ⁊ euãgelisante. Cõuenerũt principes sacerdotũ ⁊ scribe cũ senioribus: et aiũt dicẽtes ad eũ. Dic nob in qua potestate hec facis? Aut q̃s est qui dedit tibi hanc potestatẽ? Rñdens aũt ihũs dixit ad illos. Interrogo vos et ego vnũ vbũ. Respõdete michi

Baptismum iohannis de celo erat an ex hominibus? At illi cogitabant intra se dicentes. Quia si dixerimus de celo est. dicet nobis. quare ergo nō credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus est. plebs uniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim iohannē prophetā esse. Et responderunt se nescire unde esset. Et ait illis ihesus. neq; ego dico vobis in qua potestate hec facio.

Dominica. xvi. Introitus.

Miserere michi domine quia ad te clamaui tota die quia tu domine suauis ac mitis es et copiosus in misericordia omnibus inuocantibus te. ps Inclina domine aurem tuā et exaudi me quoniā inops et pauper sum ego.

Ecclesiam tuā Oratio dn̄e miseratio continua mūdet et muniat. et quia non potest sine te salua consistere. tuo semp munere gubernetur. Per do. Lectio epistole beati pauli apostoli Ad ephesios. iii

Fratres. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis que est gloria vestra. Huius rei gratia genua mea flecto ad patrē dn̄i mei ihesu xp̄i. Ex quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur: ut det vobis secundū diuicias glorie sue virtutem. corroborari per spiritum eius in interiori homine. habere xp̄m p fidem in cordibus vestris. In caritate radicati et fundati. ut possitis cōprehendere cū omnibus sanctis: que sit latitudo longitudo altitudo sublimitas et profundū. Scire etiā supeminentē scientie caritatē xp̄i. ut impleamini in omnem plenitudinē dei. Ei autē qui potens est om̄ia facere supabundanter quā petimus aut intelligimus scd̄m virtutem quam operatur in nobis. Ipsi gloria in ecclesia. et in xp̄o ihesu in omnes generationes seculi seculorum amen. Grad.

Timebūt gentes nomen tuū domine et omnes reges terre gloriam tuam. v̄ Quoniā edificauit dominus syon et videbitur in maiestate sua. Alla. v̄ Paratū cor meum deus paratum cor meum cantabo et psallam in gloria mea.

Secundū lucam. vii.

In illo tempore. Ibat ihesus in ciuitatem que vocatur naym. et ibant cū eo discipuli eius et turba copiosa. Cum autem appropinquarent porte ciuitatis. ecce defunctus efferebatur filius unicus matris sue. Et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidisset dn̄s: misericordia motus super eam. dixit illi. Noli flere.

Et accessit et tetigit loculũ. Hij autem qui portabãt steterunt. Et ait. Adolescens tibi dico. Surge. Et resedit q̃ erat mor= tuus. et cepit loqui: et dedit illũ matri sue. Accepit autẽ oĩes timor: et magnificabãt deũ di= centes. Quia ꝓpheta magnus surrexit in nobis. et quia deus visitauit plebem suã. Offr͂.

Domine in auxiliũ meum respice cõfundãtur ⁊ reuereantur qui que= rũt animã meã ut auferant eam.

Secretũ

Munda nos que= sumus dñe sacrificij presentis effectu. ⁊ pfice miseratus in no= bis: ut eius mereamur esse pti= cipes. Per dñm. Com̃.

Domine memorabor iusticie tue solius deus: docuisti me a iuuentute mea et vsq3 in senectã et seniũ deus ne derelinquas me. Cõplenda

Purifica quesumus dñe mẽ= tes nostras benignus et reno= ua celestibus sacramentis. ut cõsequenter et corporũ et ani= marũ p̃sens pariter et futurũ capiamus auxiliũ. Per dñm.

Feria quarta. Lectio epistole beati pauli ap̃li Ad colocẽ. ij.

Fratres. Videte ne quis vos decipiat p philoso= phiam et inanẽ fallaciã scd̃m traditionẽ hominũ. scd̃m ele= menta mũdi. et nõ scd̃m xp̄m. quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corpora= liter. et estis in illo repleti qui est caput omnis principatus et potestatis. In quo et circũci= si estis circũcisione non manu facta. neq3 enĩ i expoliacõe cor= poris carnis. sed in circũcisio= ne xp̄i. consepulti ei in baptis= mo. In quo resurrexistis p fi= dem operacõnis dei. qui suscita uit eũ a mortuis. Et vos cum mortui essetis delictis. et prepu cio carnis nostre cõuiuificauit nos cũ illo. donãs nobis om= nia delicta. Per dñm nostrũ.

Scd̃m matheũ. v.

In illo tp̄e. Dixit ihesus discipulis suis. Audistis quia dictũ est antiquis. Non piura bis. reddes autem domino iu= ramenta tua. Ego autem dico vobis. Non iurare omnino. Neq3 per celum. quia thronus dei est. Neq3 p terrã. quia scabel lum pedũ eius est. Neq3 p ihe= rosolimã. quia ciuitas magni regis est. Neq3 p caput tuũ iu= raueris. quia nõ potes vnum capillũ albũ facere aut nigrũ. Sit autem sermo vester est est. non nõ. Quod autẽ abundan cius his est. a malo ẽ. Audistis quia dictũ est antiquis. Ocu= lum pro oculo. et dentem pro dente. Ego autẽ dico vobis nõ resistere malo. sed si quis te per cusserit in maxillam dexteram. prebe ei et alterã. Et ei qui vult

tecū iudicio cōtendere et tunicā tuā tollere: dimitte ei et palliū. Et quicunqȝ te angariauerit mille passus· vade cū illo ⁊ alia duo· Et qui petit a te: da ei· Et volenti mutuari a te ne auertaris. Feria sexta. Lectio ep̄le beati pauli ap̄li Ad colocēn· ij·

Fratres. Volo vos scire qualem sollicitudinē habeam pro vobis ⁊ pro hijs qui sunt laodocie. Et quicūqȝ non viderunt faciem meā in carne ut cōsolentur corpora ip̄oꝝ instructi in caritate et in omnes diuicias plenitudinis intellectus· in agnitione misterij dei patris xp̄i ihesu· in quo sunt omnes thesauri sapientie ⁊ sciencie absconditi. Hec autē dico vobis· ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonū. Nam et si corpe absens sum· sed spiritu vobiscū sum gaudens et videns ordinem vestrū· et firmamentū ei⁹ que in xp̄o est fidei vestre. Sicut ergo accepistis xp̄m ihesum dn̄m nostrum· in ip̄o ambulate radicati. Et sup edificati in xp̄o cōfirmati fide sicut et didicistis abundantes in illo in gratiarū actione.

Secundū marcum· vij·

In illo tempore. Surgēs ihesus abijt in fines tyri et sydonis. Et ingressus domū neminē voluit scire· sed nō potuit latere. Mulier enim statim ut audiuit de eo cuius filia habebat spiritū immūdū· intrauit et procidit ad pedes eius. Erat autē mulier gentilis serophenissa genere· et rogabat eū ut demoniū eijceret de filia eius. Qui dicit illi. Sine p̄us filios saturari. Non est enī bonū sumere panē filioꝝ: et mittere canibus ad manducandū. At illa respondit et dicit ei: vtiqȝ domine. Nam et catelli edunt de mensa de micis pueroꝝ. Et ait illi. Propter hūc sermonē vade demoniū exijt de filia tua. Et cum abisset in domū suā: inuenit puellā iacentē supra lectū· et demoniū exisse. Dn̄ica· xvij·

Iustus es domine et rectū iudiciū tuū fac cum seruo tuo secundū misericordiā tuā. ps Beati immaculati in via qui ambulāt in lege dn̄i. Oratio

Tua nos domine quesumus gratia preueniat et sequatur· ac bonis operibꝫ iugiter prestet esse intentos. P.

Lectio epistole beati pauli ap̄stoli Ad ephesios· iiij·

Fratres. Obsecro vos ego vinctus in domino ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis cū om̄i humilitate et mā suetudine· cum patientia supportantes inuicem in caritate sollicite seruare

vnitatē spūs in vinculo pacis
Vnū corpus et vnus spiritus
sicut vocati estis in vna spe vo
cationis vestre. Vnus domi=
nus· vna fides· vnū baptisma·
Unus dñs ⁊ pater omniū: qui
est sup omnes et p omnia ⁊ in
omnibꝫ nobis. Qui est benedi=
ctus in secl'a seculoꝝ amē. Gr
Beata gens cuius est dñs deus eo
rum populus quē elegit dñs in here
ditatem sibi. ṽ Verbo dñi celi fir=
mati sunt et spiritu oris eius oñis
virtus eorum. All'a ṽ In exitu
israhel de egipto domus iacob de po=
pulo barbaro Facta ē iudea san=
ctificatio eius israhel potestas eius.
In illo tpe. Scdm lucā· xiiij·
Cum intraret ihesus in domū
cuiusdam principis pharisео=
rum· sabbato māducare panē·
et ipi obseruabāt eum. Et ecce
hō quidā ydropicus erat ante
illū. Et respondēs ihesus dixit
ad legisperitos ⁊ phariseos di=
cens. Si licet sabbato curare?
At illi tacuerūt. Ipē vero ap=
prehensum sanauit eum ac di
misit. Et respondens dixit ad il
los. Cuius vestrū asinus aut
bos in puteū cadet· ⁊ nō conti=
nuo extrahet illū die sabbati?
Et nō poterāt ad hec responde=
re illi. Dicebat autē et ad inui=
tatos parabolā· intendēs quo
modo primos accubitus elige=
rent. Dicens ad illos. Cū inui=
tatus fueris ad nupcias· non
discūbas in primo loco· ne for
te honoratior te sit inuitatus
ab eo. Et veniens iste qui te et
illum inuitauit· dicat tibi. Da
huic locū· et tunc incipies cum
rubore nouissimū locū tenere.
Sed cū vocatus fueris ad nu=
pcias· vade et recūbe in nouis=
simo loco. Ut cum venerit qui
te inuitauit dicat tibi· amice,
ascende superius. Tunc erit ti=
bi gloria corā simul discūben=
tibus Quia omnis qui se exal
tat humiliabit· ⁊ omnis qui se
humiliat exaltabitur. Offr
Oraui deū meū ego daniel dicens
exaudi dñe preces serui tui· illumi=
na faciem tuā sup sanctuariū tuū ⁊
ꝓpicius intende populū istū sup quē
inuocatū est nomen tuū. Secretū
Pro nr̄e seruitutis augmen
to sacrificium tibi dñe laudis
immolamus· ut qđ in meritis
cōtulisti propicius exequaris.
Per dñm. Com·
Uouete et reddite dño deo vestro
omnes qui in circuitu eius affertis
munera terribili et ei qui aufert spi=
ritū principū terribili apud omnes
reges terre. Cōplenda·
Quesumus oīpotens deus:
ut quos diuina tribuis parti=
cipatione gaudere· humanis
non sinas subiacere periculis.
P dñm. Feria quarta in qua
tuor temporibus Introitus.

Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob. sumite psalmū iocundū cū cythara canite inicio mensis tuba: quia preceptū est in israhel et iudiciū deo iacob. ps Testimonium in ioseph posuit illud cum exiret de terra egipti linguā quā non noverat au

Misericordie Oro diuit. tue remediis q̄s dn̄e fragilitas nr̄a subsistat: ut q̄ sua cōditione atterit. tua clementia reparetur. P d. Lc̄o amos

Hec dicit dn̄s. phete ix. Ecce dies venient et cōprehendet arator messorē et calcator vue metentem semen. et stillabūt montes dulcedinē. et omnes colles culti erūt. Et cōuertam captiuitatē populi mei israhel. Edificabunt ciuitates desertas: et habitabunt in eis. Plantabūt vineas: et bibent vinū earum. Et facient ortos: et comedent fructus eorū. Et plantabo eos sup humū suā. et nō euellā eos vltra de terra sua quā dedi eis. dicit dn̄s ops

Propicius esto peccatis Grad. nostris dn̄e nequādo dicant gentes ubi est deus eorum. v. Adiuua nos deus salutaris noster et ppter honorē nominis tui dn̄e libera nos. Oratio

Presta q̄s omnipotens deus tue familie supplicanti: ut dum a cibis corporalibus se abstinet. a viciis mente ieiunet. Per dn̄. Lectio libri esdre prophete. ij. et. viij.

In diebus illis. Cōgregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateā que est ante portā aquarum. Et dixerūt esdre scribe ut afferret librum legis moysi quē precepit dominus israheli. Attulit ergo esdras sacerdos librū legis. legens corā multitudine virorū ac mulierū. cunctorūq3 qui poterant intelligere. in die prima mensis septimi. Et legit in eo aperte in platea que erat ante portā aquarū. a mane vsq3 ad mediam diem. in cōspectu virorum ac mulierū sapientiū. Et aures omnis populi erāt erecte ad librū. Stetit autem esdras scriba super gradū ligneū quē fecerat sibi ad loquendū: et steterūt iuxta eum. Et aperuit esdras librū corā omni populo. Et benedixit esdras dn̄o deo magno. et respōdit omnis populus amen. Eleuās autē oīs populus manus suas: incuruati sunt. et adorauerūt proni in terrā. Porro leuite silentiū faciebāt in pplo ad audiendā legē. Populus autē stabat in gradu suo. et legerūt in libro legis dei distincte et apte ad intelligendū. Dixit autē neemias sacerdos. Scribe et leuite interpretantes vniuerso pplo dies

sanctificatōnis est domino deo nostro. nolite lugere et nolite flere. Flebat autē omnis populus cū audiret verba legis. Et dixit eis. Ite et comedite pinguia et bibite mustū. et mittite partes eis qui nō preparauerūt sibi. quia sanctus dies dñi est et nolite cōtristari. Gaudiū eteni dñi est fortitudo vestra.

Quis sicut dñs deus noster qui in altis habitat et humilia respicit in celo et in terra. Grad. ℣ Suscitans a terra inopem et de stercore erigens pauperē. Scdm marcū. ix.

In illo tpe. Respondens vnus de turba dixit ad ihesum. Magister attuli filiū meū ad te: habentem spiritū mutū. qui vbicunqz eū apprehenderit: allidit eum. et spumat et stridet dentibus suis et arescit. Et dixi discipulis tuis ut eijcerent eū. et nō potuerūt. Qui respondēs dixit eis. O generatio incredula q̄ʒ diu apud vos ero. quādiu vos patiar? Afferte illū ad me. Et attulerūt eū. Et cū vidisset illum. statim spiritus conturbauit eum. et elisus in terram volutabatur spumās. Et interrogauit patrē eius. Quātū tpis est ex quo ei hoc accidit. At ille ait. Ab infantia. Et frequēter eum et in ignē et in aquā misit ut eum pderet. Sed si quid potes adiuua nos misertus nostri. Ihesus autē ait illi. Si potes credere omnia possibilia sūt credenti. Et cōtinuo exclamās pater pueri cū lacrimis aiebat Credo dñe: adiuua incredulitatem meā. Et cū videret ihesus turbam cōcurrentem: cōminatus est spiritui immūdo dicens illi. Surde et immūde spiritus. Ego tibi precipio. exi ab eo: et amplius ne introeas in eum. Et clamans et multum discerpens eum exijt ab eo. Et factus est sicut mortuus. ita ut multi dicerēt quia mortuus est. Ihesus autē tenens manū eius eleuauit eum et surrexit. Et cū introisset in domū. discipuli eius secrete interrogabāt eū. Quare nos nō potuimus eū eijcere? Et dixit eis. Hoc genus in nullo potest exire nisi in oratōne et ieiunio.

Meditabar in mandatis tuis que dilexi valde et leuabo manus meas ad mādata tua Offr. que dilexi.

Hec hostia quesumus dñe mūdet nr̄a delicta. et ad sacrificiū celebrandum subditoꝝ tibi corpora mētesqz sanctificet. P. Secretū

Comedite pingnia et bibite mustū et mittite eis que preparauerūt sibi sanctus enim dies dñi est nolite cōtristari gaudiū eteni dñi est fortitudo nostra. Com.

Sumentes dñe dona celestia suppliciter depcamur: ut q̄ sedula seruitute Cōpl.

145

donante te gerimus · dignis
sensibus tuo munere expiam[us].

Per dñm. Feria sexta.

Letetur cor querentium dñm· querite dñm et confirmamini querite faciẽ eius semp· ps Cõfitemini dño et inuocate nomen eius annũciate in gentes opa eius. Oratio

Presta qs ops deus· ut obseruatões sacras annua deuocõne recolentes· ꝛ corpore tibi placeamus ꝛ mẽte. P.

Lectio libri osee ꝓphete·xiiij

HEc dicit dñs. Conuertere israhel ad dñm deũ tuũ· quoniã corruisti i iniquitate tua. Tollite hinc vobiscũ verba et cõuertimini ad dñm et dicite ei. Omnẽ aufer iniquitatẽ et accipe bonũ et reddemus vitulos labioꝝ nostroꝝ. Assur nõ saluabit nos· sup equos non ascendemus· nec dicem[us] vltra dij nostri· opera manuũ nrãꝝ· quia eius qui in te est misereberis populi. Sanabo cõtricõnes eoꝝ. Diligã eos spontanee· q[uia] auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros· israhel germinabit sicut lilium. Erumpet radix eius· ut libani ibũt rami ei[us] in altum. Et erit quasi oliua gloria eius· et odor eius ut libani. Conuertentur sedentes in vmbra eius· viuent tritico· et germinabũt quasi vinea. Memoriale eius sicut vinum libani Ego exaudiam et dirigã eum ut abietem virentẽ· ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens et intelliget ista· intelligens et sciet hec? Quia recte vie dñi: ꝛ iusti ambulabunt in eis.

Conuertere dñe Grad. aliquantulũ et deprecare sup seruos tuos ·v· Dñe refugiũ factus es nobis a generatione et progenie.

In illo tpe. Scdm lucam·vij·

Rogabat ihesum quidã phariseus ut manducaret cũ illo. Et ingressus domum pharisei discubuit. Et ecce mulier q̃ erat in ciuitate peccatrix: ut cognouit q[uod] accubuisset in domo pharisei· attulit alabastrũ vngenti et stans retro secus pedes dñi lacrimis cepit rigare pedes ei[us]· ꝛ capillis capitis sui tergebat et osculabat[ur] pedes ei[us] ꝛ vngento vngebat. Videns autẽ phariseus qui vocauerat eũ. Ait intra se dicens. Hic si esset propheta sciret vtiqꝫ que ꝛ qualis est mulier que tangit eũ· quia peccatrix est. Et respondens dñs dixit ad illũ. Symon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Et respondens dixit illi ihesus. Duo debitores erant cuidã feneratori· vnus debebat denarios quingentos· et alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent· donauit vtrisqꝫ. Quis ergo eũ

plus diligit. Respondens symon dixit. Estimo quia is cui plus donauit. At ille dixit. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem dixit symoni. Vides hanc mulierem. Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti. Hec autem lacrimis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum michi non dedisti: hec autem ex quo intraui in domum tuam: non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti. hec autem vngento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur: minus diligit. Dixit autem dominus ad mulierem. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul discumbebant dicere intra se. Quis est hic qui peccata etiam dimittit? Dixit autem dominus ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. vade in pace. Offertorium

Benedic anima mea domino et noli obliuisci omnes retributiones eius. et renouabitur sicut aquile iuuentus tua. Secretum

Accepta tibi sint quesumus domine dona ieiunii. que et expiando nos tua gratia dignos efficiant: et ad promissa sempiterna perducant. Per dominum. Communio

Aufer a me opprobrium et contemptum quia mandata tua exquisiui domine nam et testimonia tua meditatio mea est. Complenda

Quesumus omnipotens deus: ut de perceptis muneribus gratias exhibentes beneficia potiora sumamus. Per.

Sabbato in quatuor temporibus Introitus

Venite adoremus deum et procidamus ante dominum ploremus ante deum qui fecit nos quia ipse est dominus deus noster. Psalmus Preoccupemus faciem eius in confessione. Oratio

Omnipotens sempiterne deus: qui per continentiam salutarem et corporibus mederis et mentibus. maiestatem tuam supplices exoramus: ut pia ieiunantium deprecatione placatus. et presentia nobis subsidia prebeas et futura. Per dominum. Lectio libri leuitici. In diebus illis. Locutus est dominus ad moysen dicens. Decimo die mensis septimi dies expiationum erit celeberrimus. et vocabitur sanctus. Affligetisque in eo animas vestras et offeretis holocaustum domino. Omne opus non facietis in tempore diei huius. quia dies propiciationis est: et propicietur vobis dominus deus vester. Omnis autem anima que afflicta non fuerit die hoc peribit de populis suis. Et que operis quispiam fecerit delebo eum de populis suis. Nichil ergo operis facietis in eo. legittimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus

vestris. Sabbatū requietionis est. affligetisqȝ animas vestras die nono mēsis. a vespera usqȝ ad vesperū celebrabitis sabbata vestra. Dicit dn̄s om̄ipotēs.

Propicius esto peccatis Grad. nostris ne quādo dicant gentes ubi est deus eorū. ℣ Adiuva nos deus salutaris noster et propter honorē nominis tui dn̄e libera nos. Oratio

Ta nobis q̄s dn̄s omnipotens deus. ut ieiunando tua gratia satiemur. ⁊ abstinēdo cūctis efficiamur hostibȝ fortiores. P. Lc̄o libri levitici. xxiij

In diebȝ illis. Locutus est dn̄s ad moysen dicens. Quintodecimo die mēsis huius septimi quādo cōgregaveritis oēs fructus terre vestre. celebrabitis ferias dn̄i septem diebȝ. Die primo et die octavo erit sabbatū id est requies. Sumetisqȝ vobis die primo fructus arboris pulcerrime spatulasqȝ palmarū et ramos ligni densarū frondiū. et salices de torrente. et letamini corā dn̄o deo vr̄o. Celebrabitisqȝ solēnitatem eius septem diebȝ per annū. Legittimū sempiternū erit vobis in cūctis generationibȝ vr̄is. Mense septimo festa celebrabitis et habitabitis in umbraculis vr̄is septem diebȝ. Omnis qui est de genere israhel manebit in tabernaculis. ut discāt posteri vestri quod in tabernaculis habitare fecerim filios israhel cū educerem eos de terra egipti. Ego dominus deus vester. Grad.

Protector noster aspice deus et respice super servos tuos. ℣ Dn̄e deus virtutū exaudi preces servorum tuorum.

Tuere q̄s dn̄e Oratio familiā tuam. ut salutis eterne remedia que te aspirante requirimus. te largiente cōsequamur. P. do. Lectio libri michee prophete. vij.

Domine deus pasce populum tuū in virga tua. gregē hereditatis tue habitantes terrā in saltu. In medio carmeli pascentur basan et galaad in salutē iuxta dies antiquos. secūdum dies egressionis tue de terra egipti ostendam mirabilia. Videbūt gentes et confundentur super omni fortitudine sua. quoniā quis deus similis tui. qui aufers iniquitatē. trāsfers peccatū reliquiarū hereditatis tue. Non immittet ultra furorem suū. quoniā volens misericordiā revertetur et miserebitur nostri. Deponet iniquitates nostras. et proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis hereditatē iacob. misericordiā abrahā que iurasti patribȝ nostris a diebȝ antiquis. Dn̄e deus noster. Grad.

Convertere dn̄e aliquantulum et

deprecare sup seruos tuos· ℣ Dñe refugiũ factus es nobis a generatione et progenie. Oratio

Gesta quesumus dñe sic nos ab epulis carnalibꝫ abstinere: ut a vicijs irruentibꝫ pariter ieiunemus et mente. P d.

Lectio zacharie prophete·viij·

In diebus illis. Factũ est verbũ domini ad me dicens Hec dicit dñs deus exercituũ. Sicut cogitaui ut affligerem vos·cum ad iracundiã me ꝓuocassent patres vestri·et nõ sum misertus Sic cõuersus cogitaui in diebus istis·ut benedicerem iherusalẽ ⁊ domũ iuda. Nolite timere. Hec sunt verba que facietis Loquimĩ veritatẽ vnusquisqꝫ cũ ꝓximo suo·veritatẽ et iudiciũ pacis iudicate in portis vestris. Unusquisqꝫ malũ cõtra amicũ suũ ne cogitetis in cordibus vestris· et iuramentũ mẽdax ne diligatis. Omnia enim hec sunt que odi dicit dñs. Et factũ est verbum dñi ad me dicens. Hec dicit dñs deus exercituũ. Ieiuniũ primi ⁊ ieiunium quarti·et ieiuniũ septimi ⁊ ieiunium decimi erit domui iuda in gaudiũ et leticiã et in solẽnitates ꝓclaras. Ueritamen tantum et pacẽ diligite. Dicit dñs omĩpotẽs. Grad· Dirigatur oratio mea sicut incensum in cõspectu tuo dñe. ℣ Eleuatio manuum tuarũ sacrificiũ vesptinũ. Oratio

Ut nos dñe tribuis solẽne tibi deferre ieiuniũ· sic nobis quesumus indulgentie tue presta subsidiũ. P dñm.

Lectio danielis prophete·iij·

Angelus dñi descendit cũ azaria et socijs eiꝰ in fornacem· et excussit flãmã ignis de fornace· et fecit mediũ fornacis quasi ventũ roris flantem. Flãma autẽ diffusa est sup fornacem sexagintanouẽ cubitis et incendit quos reperit iuxta fornacẽ de caldeis ministros regis qui eam incendebãt. Illos autẽ omnino nõ tetigit ignis neqꝫ cõtristauit nec quicqꝫ molestie intulit. Tũc hij tres quasi ex vno ore laudabãt et glorificabãt deũ in fornace dicentes.

Hymnus

Benedictus es dñe deus patrũ nostrorũ. Et laudabilis et gloriosus in secula. ℣ Et benedictũ nomen glorie tue qđ est sanctũ. Et laudabile et glorio· ℣ Benedictus es in tẽplo sancto glorie tue. Et laudabilis. ℣ Benedictus es sup sceptrũ diuinitatis tue. Et lauda. ℣ Benedictus es qui sedes sup pennãs ventoꝝ. Lauda. ℣ Benedictus es sup thronũ sanctum regni tui. Et laudabilis et. ℣ Benedictus es super cherubin intuens abyssos. Et laudabilis. ℣ Benedicãt te celi terra mare et omniã que in eis sunt. Laudabilem.

℣ Benedicant te omnes angeli et sancti tui. Laudabilē. ℣ Gloria patri et filio et spiritui sancto. Laudabili et glorioso in secula. ℣ Sicut erat in principio. Laudabilis. Benedictus es dñe. Oratio

Deus qui tribꝫ pueris mitigasti flāmas igniū: cōcede propicius: ut nos famulos non exurat flāmā viciorū. P dn. Lectio ep̄le beati pauli apostoli Ad hebreos ix.

Fratres. Tabernaculum factum est primū in quo erant candelabra et mensa. et ꝓpositio panū que dicitur sancta. Post velamentū autē secundū tabernaculū qḋ dicitur sancta sanctoꝝ. aureū habens thuribulū et archam testamenti circūtectam ex oīni parte auro. In qua vrna aurea habēs manna et virga aaron q̄ fronduerat. et tabule testamēti super quā erant cherubin glorie obumbrantia ꝓpiciatoriū. De quibus modo nō est dicendū p singula. Hijs nō ita cōpositis in priori quidem tabernaculo semp introibant sacerdotes sacrificiorū officia cōsumantes. In secūdo vero semel in anno solus pontifex nō sine sanguine. quem offerret pro sua et ꝑpuli ignorantia. Hoc significante spiritu sancto nondum propalatā esse sanctoꝝ viam adhuc in p̄ori tabernaculo habente statum. que parabola est tp̄is instantis. Iuxta quā munera offerūtur ⁊ hostie que nō possunt iuxta cōscientiā facere seruiturē. Solūmodo in cibis ⁊ in potibus. et in varijs baptismatibꝫ et iusticijs carnis vsqꝫ ad tempus correctionis inpositis. Xp̄us autē assistēs pontifex futuroꝝ bonorū pamplius et pfectius tabernaculū nō manu factū. id est nō huius creationis. neqꝫ p sanguinē hircorum aut vituloꝝ. sed p ꝓprium sanguinem introiuit semel in sancta. eterna redemptione inuenta. In xp̄o ihesu dño nr̄o.

Laudate dñm oēs Tractus gentes et collaudate eū omnes populi. ℣ Quoniā confirmata est super nos misericordia eius et veritas dñi manet in eternū Scḋm lucā. xiij

In illo tp̄e. Dicebat ihesus turbis similitudinem hāc. Arborē fici habebat quidā plantatā in vinea sua. Et venit querens fructū in illa: ⁊ nō inuenit. Dixit autē ad cultorē vinee. Ecce tres āni sūt exquo venio querens fructū in ficulnea hac. et nō inuenio. Succide ergo illam. ut quid etiā terram occupat? At ille respondēs ait illi. Domine dimitte illam et hoc anno vsqꝫdum fodiam circa illam. et mittam stercora

Et siquidem fecerit fructū. sin autem in futurū succides eum. Erat aūt docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritū infirmitatis annis decem et octo et erat inclinata. nec omnino poterat sursum respicere. Quā cum vidisset ihesus vocauit ad se. et ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. et imposuit illi manus et cōfestim erecta est. et glorificabat deū. Respondens autē archisynagogus: indignās q sabbato curasset ihesus. dicebat turbe. Sex dies sunt in quibꝫ oportet operari. In hijs ergo venite et curamini. et nō in die sabbati. Respondēs autē dominus ad illū dixit. Ypocrite Vnusquisqꝫ vestrum sabbato nō solū bouem aut asinū a p̄sepio soluit et ducit adaquare. Hāc autē filiā abrahe quā alligauit sathanas. ecce decē ⁊ octo annis nō oportuit solui a vinculo isto die sabbati. Et cū hec diceret erubescebāt omnes aduersarij eius. et omīs populus gaudebat in vniuersis que gloriose fiebant ab eo. Offer.

Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte corā te intret oratio mea in cōspectu tuo dn̄e Secretū.

Concede qs̄ omīpotēs deus: ut oculis tue maiestatis munꝰ oblatum. et gratiā nobis deuotionis obtineat. ⁊ effectū beate p̄henitatis acquirat. P. Com.

Mense septimo festa celebrabitis cū in tabernaculis habitare fecerim filios israhel cū educerem eos de terra egipti ego dominus deus vester.

Perficiant in nobis qs̄ dn̄e deus tua sacramēta qd̄ cōtinent. ut que nūc specie gerimus: rerum veritate capiamus. P. Cōplendꝰ Dn̄ica. xviij.

Da pacem dn̄e sustinentibꝫ te. ut p̄phete tui fideles inueniantur. exaudi preces serui tui et plebis tue israhel. ps

Letatus sum in hijs que dicta sunt michi in domū dn̄i ibimꝰ. Oratio

Da qs̄ dn̄e p̄p̄lo tuo dyabolica vitare cōtagia. et te solū deū pura mēte sectari. P. Lectio ep̄le beati pauli ap̄li Ad corinthios. j. cor. j.

Fratres. Gratias ago deo meo semp p vobis omnibꝫ in gratia dei que data est vobis in xp̄o ihesu. Quia in omnibꝫ diuites facti estis in illo in omī verbo et in omī scientia. Sicut testimoniū xp̄i cōfirmatum est in vobis. Ita ut nichil vobꝫ desit in vlla gratia. expectantibꝫ reuelationē xp̄i. Qui et confirmabit vos vsqꝫ in finē sine crimine in die aduentus dn̄i nostri ihesu xp̄i. Grad.

Letatus sum in hijs que dicta sūt michi in domū dn̄i ibimus. v Fiat

pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. Alleluia. Versus. Dilexi quoniam exaudivit dominus vocem meam.

In illo tempore. Secundum matheum xxii.
Convenerunt pharisei in unum. Et interrogavit ihesum unus ex eis legislator: temptans eum. Magister quod est mandatum magnum in lege. Ait illi ihesus. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. et in tota anima tua. et ex tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum. In hijs duobus mandatis tota lex pendet et prophete. Congregatis autem phariseis interrogavit eos ihesus dicens. Quid vobis videtur de christo: cuius filius est? Dicunt ei david. Ait illis. Quomodo ergo david in spiritu vocat eum dominum dicens. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo david vocat eum dominum quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum. Neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Offertorium.

Sanctificavit moyses altare domino offerens super illud holocausta. et immolans victimas fecit sacrificium vespertinum in odorem suavitatis domino deo in conspectu filiorum israhel. Secretum.

Maiestatem tuam domine suppliciter deprecamur: ut hec sancta que gerimus et a preteritis nos delictis exuant et futuris. Per. Communio.

Tollite hostias et introite in atria eius adorate dominum in aula sancta eius.

Sanctificationibus Complenda. tuis omnipotens deus. et vitia nostra curentur. et remedia nobis eterna proveniant. Per dominum.

Feria quarta Lectio epistole beati pauli apostoli Ad colocenses iii.

Fratres. Mortificate membra vestra que sunt super terram. Fornicationem immunditiam libidinem concupiscentiam malam et avariciam. que est simulacrorum servitus. Propter que venit ira dei super filios diffidentie. in quibus et vos ambulastis aliquando cum viveretis in illis. Nunc autem et vos deponite omnia. iram indignationem maliciam blasphemiam. turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri invicem. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis et induentes novum. eum qui renovatur in agnitione secundum imaginem eius qui creavit eum. Ubi non est gentilis et iudeus. circumcisio et preputium barbarus et scita. servus et liber. Sed omnia in omnibus est christus.

In illo tempore. Secundum matheum xiii.
Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Simile factum est regnum celorum homini qui

seminauit semē bonū in agro
suo. Cū autē dormirent hoīes.
venit inimicus eius et superse-
minauit zyzania in medio tri-
tici. et abijt. Cum autē creuisset
herba et fructū fecisset. tūc ap-
paruerunt zyzania. Accedentes
autē serui patrisfamilias dixe-
rūt ei. Dñe nōne seminasti bo-
num semē in agro tuo? Unde
ergo habet zizania? Et ait illis
Inimicus hō hoc fecit. Serui
autē dixerūt ei. Uis imus ꝛ col
ligimus ea? Et ait. Nō. Ne forte
colligentes zyzania eradicetis
simul cū eis et triticum. Sinite
utraqꝫ crescere vsqꝫ ad messem
et in tempore messis dicā messo
ribꝫ. Colligite primū zyzania.
et alligate ea ī fasciculos ad cō-
burendū. Triticū autē congre-
gate in horreū meū. Feria. vj.
Lectio epl'e beati pauli aposto
li Ad colocenses. iij. et. iiij.

Fratres. Qui iniuriā fa-
cit: recipiet id qđ inique
gessit. et nō est psonarū accep-
tio apud deū. Omne qđ iustū
est ꝛ equū seruis prestare. scien
tes et vos qꝛ dñm habetis in ce
lo. Orationi instate: vigilātes
in ea in gratiarū actione orā-
tes simul et pro nobis. ut deus
aperiat nobis ostiū sermonis
ad loquendum misterium xp̄i.
Propter qđ etiā vinctus sum
ut manifestem illud. Ita opor-
tet me loqui. In sapientia am
bulate ad eos qui foris sunt tē
pus redimētes. Sermo vester
sit semper sale cōditus: ut scia-
tis quomō oporteat vos vni-
cuiqꝫ respondere. In xp̄o ihesu
dño nr̄o. Scđm matheū. xiij.

In illo tempore. Dixit ihesus di
scipulis suis parabolam hanc
Simile est regnū celorū granum
sinapis. qđ accipiens homo se
minauit in agro suo: qđ mini-
mū quidē est omnibꝫ seminibꝫ
Cū autē creuerit maius est om
nibus oleribus Et fit arbor ita
ut veniant volucres celi et ha-
bitent in ramis eius. Aliā pa-
rabolam locutus est eis dicens
Simile est regnū celoꝝ fermen
to. qđ accipiens mulier abscon
dit in farine satis tribꝫ. donec
fermentatū est totū. Hec om-
nia locutus est ihesus in para-
bolis ad turbas. et sine parabo
lis nō loquebat' eis. Ut imple
retur qđ dictū est p ꝓphetam di
centem. Aperiam in parabolis
os meū. eructabo abscondita
tenebraꝝ a cōstitutione mun-
di. Dominica. xix. Introitus.

Salus populi ego sum dicit
dñs de quacūqꝫ tribulacō
ne clamauerint ad me ex
audiam eos et ero illoꝝ dñs in ppe-
tuū. ps Attendite popule meus le-
gem meā inclinate aurem vestram
in verba oris mei. Oratio

Dirigat corda nr̄a quesu
mus dn̄e tue miseratio-
nis operatio· qꝛ sine te placere
nō possumus. P dn̄. Lectio epi
stole beati pauli apl'i Ad ephe
sios· iiij·

Fratres. Reno-
uamini spiritu mētis vr̄e
et induite nouum hominē: qui
secundū deū creatus est in iusti
cia et sanctitate veritatis. Pro
pter qđ deponētes mēdaciū: lo-
quimini veritatē vnusquisqꝫ cū
ꝓximo suo: quoniā sumus in-
uicē mēbra. Irascimini et noli-
te peccare. Sol nō occidat super
iracundiā vestrā. Nolite locū
dare dyabolo· qui furabatur iā
nō furetur. Magis autē laboret
operando manibꝫ suis qđ bo-
nū est· ut habeat vnde tribuat
necessitatē patientibꝫ. Grad·

Dirigatur oratio mea sicut incē-
sum in cōspectu tuo dn̄e. ℣ Eleua-
tio manuū mearū sacrificiū vesper-
tinū. Alla ℣ Laudate dn̄m om
nes gentes et collaudate eū omnes
populi· Scd̄m matheū· ix·

In illo tp̄e. Ascendens ihesus
in naviculā trāsfretauit et ve-
nit in ciuitatē suā. Et ecce offe-
rebant ei paraliticū iacentē in
lecto. Et videns ihesus fidem il
lorū· dixit paralitico. Cōfide fi-
li· remittuntur tibi peccata tua:
Et ecce quidā de scribis dixerūt
intra se. Hic blasphemat. Et
cū vidisset ihesus cogitacōnes
eoꝝ· dixit eis. Ut quid cogita-
tis mala in cordibus vestris?
Quid est facilius dicere· dimit-
tuntur tibi peccata· an dicere.
Surge et ambula? Ut sciatis
aūt quoniā filius hominis ha
bet potestatē in terra dimittēdi
peccata· tūc ait paralitico. Sur
ge tolle lectū tuū: et vade in do-
mum tuā· et surrexit et abijt in
domū suā. Uidentes autē turbe:
timuerūt et glorificauerūt deū
qui dedit potestatē talē hoībꝫ.

Si ambulauero in me- Offr̄
dio tribulationis viuificabis me· et
sup iram inimicoꝝ meorum extēdes
manū tuam et saluū me fecit dextera

Deus qui Secretū tua dn̄e.
nos per huius sacrificij cōmer-
cia vnius summeqꝫ diuinita-
tis ꝑticipes efficis· presta quesu
mus: ut sicut tuā cognoscimus
veritatē· sic eam dignis menti
bus et moribꝫ assequamur. P.

Tu mandasti mandata Com·
tua custodire nimis vtinā dirigan-
tur vie mee ad custodiendas iustifi
cationes tuas. Cōplenda

Gratias tibi referimus domi-
ne sacro munere vegetati tuā
misericordiam deprecantes· ut
dignos nos eius participatio
ne ꝑficias. P dn̄. Feria quarta
Lectio ep̄le beati pauli apl'i ad
thessalonicen̄· ij· thessal'· ij· ⁊· iij·

Fratres. State et tenete
traditiones quas didi-

cistis· siue per sermonē siue per
epistolā nostram. Ipse autem
dominus noster ihesus xp̄s et
deus pater noster q̄ dilexit nos.
et dedit cōsolationē et spem bo=
nam in gratia cōsoletur corda
vestra· et cōfirmet in omni ope
re et sermone bono. De cetero
fratres orate pro nobis: ut ser
mo domini currat et clarifice=
tur sicut et apud vos· et ut li=
beremur ab importunis et ma=
lis hominibus. Non enī om=
niū est fides. Fidelis autem est
dominus qui cōfirmabit vos et
custodiet a malo. Confidimus
autē in domino de vobis· quo=
niam que p̄cepimus vobis et
facitis et facietis. Dn̄s autē di=
rigat corda et corpora vestra in
caritate dei et in patientia xp̄i.

Scd̄m matheū· xiij·

In illo tempore. Accesse=
runt ad ihesum discipuli eius
dicentes. Edissere nobis para
bolam hanc tritici et zyzanior ū
agri. Qui respondens ait. Qui
seminat bonū semen est filius
hominis. Ager autē est mun=
dus. Bonū autē semen· hij fi=
lij sunt regni. Zyzania autem
sunt filij nequā. Inimicus aūt
qui seminauit ea est dyabolus
Messis vero cōsummatio se=
culi est. Messores autem ange
li sunt. Sicut ergo colliguntur
zyzania: et igni cōburuntur· sic
erit in consummatione seculi.
Mittet filius hominis ange=
los suos· et colligent de regno
eius om̄ia scandala· et eos qui
faciūt iniquitatem· et mittent
eos in caminū ignis. Ibi erit
fletus et stridor dentiū. Tūc iu=
sti fulgebunt sicut sol in regno
patris eorū. Qui habet aures
audiendi audiat. Feria sexta

Lectio ep̄le beati pauli apo=
stoli Ad galathas· v·

Fratres. Vos in liberta=
tem vocati estis tantum
ne libertatem in occasionē de=
tis carnis· sed p caritatem ser=
uite inuicem. Omnis enim lex
in vno sermone impletur. Di=
liges proximum tuum sicut te
ipsum. Quod si inuicem mor=
detis et comeditis· videte ne ab
inuicem cōsumamini. Per ihe
sum xp̄m dominū nostrū.

Secundum marcum· xiij·

In illo tempore. Interro=
gatus ihesus a discipulis
suis de cōsummatione seculi.
Dic nobis quando ista fient· et
quod signum erit quando hec
omnia incipient consummari.
Et respondens ihesus cepit di=
cere illis. Videte ne quis vos se
ducat. Multi enim venient in
nomine meo dicētes· quiá ego
sum xp̄us· et multos seducent
Cum audieritis autem bella et
opiniones bellorum ne timue=

ciis. Oportet enim hec fieri· sed nondum statim finis. Exsurget enim gens contra gentem· et regnum aduersus regnum· Et erunt terremotus per loca· et fames. Initia dolorum hec. Videte autem vosmetipsos. Tradent enim vos in consiliis: et in synagogis vapulabitis. Et ante reges et presides stabitis propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes oportet primum predicari euangelium. Et cum duxerint vos ante presides· nolite cogitare quid loquamini· sed quod datum fuerit vobis in illa hora id loquamini. Non enim vos estis loquentes· sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem· et pater filium. Et consurgent filii in parentes· et morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usque in finem: hic saluus erit. Dominica xx·

Omnia que fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti quia peccauimus tibi et mandatis tuis non obediuimus sed da gloriam nomini tuo et fac nobiscum secundum multitudinem misericordie tue. Ps Magnus dominus et laudabilis nimis in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Oratio

Omnipotens et misericors deus: vniuersa nobis aduersantia propiciatus exclude: ut mente et corpore pariter expediti que tua sunt liberis mentibus exequamur. P dominum.

Lectio epistole beati pauli apostoli Ad ephesios· v·

Fratres. Videte itaque quomodo caute ambuletis non quasi insipientes sed ut sapientes redimentes tempus· quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes· sed intelligentes que sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino· in quo est luxuria. Sed impleamini spiritu sancto· loquentes vobisinetipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus cantantes et psallentes in cordibus vestris· domino gratias agentes semper pro omnibus: In nomine domini nostri ihesu christi deo et patri. Subiecti inuicem in timore christi.

Oculi Grad· omnium in te sperant domine et tu das illis escam in tempore oportuno. Aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione. Alleluia. V Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltauit me. Secundum matheum xxii·

In illo tempore. Loquebatur ihesus cum discipulis suis in parabolis dicens. Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias· et nolebant venire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis.

Ecce prandiũ meum parani · thauri mei et altilia occisa sũt et oĩa parata sunt venite ad nuptias. Illi autẽ neglexerũt: et abierũt · alius in villã suam alius vero ad negociationem suã. Reliqui vero tenuerũt ser uos ei⁹ · et cõtumelijs afflictos occiderũt. Rex autẽ cũ audisset iratus est · et missis exercitibus suis · pdidit homicidas illos · ⁊ ciuitatẽ illorũ succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidem parate sunt sed q̃ inuitati erãt nõ fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarũ · et quoscũq; inue neritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias · cõgre gauerũt omnes quos inuene rũt bonos ⁊ malos · et implete sũt nuptie discũbentiũ. Intra uit autẽ rex: ut videret discũben tes. Et vidit ibi hominẽ nõ ve stitũ veste nuptiali. Et ait illi. Amice quomodo huc intrasti: nõ habens vestẽ nuptialẽ. At ille obmutuit. Tũc dixit rex mi nistris. Ligatis manibꝰ et pedi bus mittite eũ in tenebras ex teriores · vbi erit fletus ⁊ strido dentiũ. Multi enim sunt voca ti: pauci vero electi. Offr̃

Super flumina babilonis illic se dimus et fleuimus dum recordare mur tui syon. Secretũ

Hec munera quũs dñe q̃ ocu lis tue maiestatis offerim⁹ sa lutaria nobis esse cõcede. P d.

Memento verbi tui seruo Com tuo dñe in quo michi spem dedisti. hec me cõsolata est in hũilitate mea.

Tua nos dñe me Cõplenda dicinalis opatio · ⁊ a nr̃is puer sitatibus clementer expediat et tuis faciat semp inherere mã datis. Per dñm. Feria quarta

Lectio ep̃le beati pauli ap̃li ad thessalonicẽ. i. thessal. i.

Fratres. Gratias agim⁹ deo semp pro omnibus vobis memoriã vestri facientes in ora tionibꝰ nostris · sine intermis sione memores operis fidei ve stre: et laboris et caritatis ⁊ su stinentie · spei dñi nostri ihesu xp̃i ante deũ et patrẽ nostrum. Scientes dilecti a deo electionẽ nostrã · quia euangeliũ nostrũ nõ fuit ad vos in sermonẽ tã tum sed in virtute ⁊ spiritu san cto ⁊ in plenitudine multa. Si cut scitis quales fuerim⁹ in vo bis, pter vos. Et vos imitato res facti estis et domini: excipiẽ tes verbũ in tribulatione mul ta · cũ gaudio spiritus sancti.

Scd̃m lucam · xiiij.

In illo tp̃e. Dicebat ihũs cuidã principi phariseorũ. Cũ facis prãdiũ aut cenã · noli vo care amicos tuos neq; fratres tuos neq; cognatos tuos neq; vicinos diuites · ne forte et ipsi te reinuitẽt · ⁊ fiat tibi retribucõ

Sed cum facis conuiuiū·voca pauperes debiles claudos cecos et beatus eris· quia non habet unde retribueret tibi. Retribuetur eni tibi in resurrectione iustoꝝ. Hec cū audisset quidā de simul discūbentibus· dixit ei. Beatus qui mādu cat panem in regno dei. Feria sexta Lectio epistole beati pauli apostoli Ad corinthios .i. corinthioꝝ .ij·

Fratres. Spiritus oīa scrutat̄ etiā ꝓfunda dei. Quis eni scit hominū que sunt hoīs nisi spiritus hoīs qui in ipo est? Ita et que dei sunt nemo cognouit nisi spūs dei. Nos autē nō spiritū huius mūdi accepimus: sed spiritū qui ex deo est· ut sciamus que a deo donata sunt nobis. In xp̄o ihesu domino nostro. Scd̄m lucā .vj·

In illo tēpore. Dixit ihesus discipulis suis. Beati eritis cū vos oderint hoīes· et cū separauerint vos et exprobrauerint et eiiecerint nomen vestrū tanq̄ȝ malū ꝓpter filiū hoīs. Gaudete in illa die et exultate· ecce enim merces vr̄a copiosa est in celo. Secundū hec faciebāt ꝓphetis patres eoꝝ. Verūtamē· ve vobis diuitibꝫ qui habetis cōsolationē vestrā. Ve vob qui saturati estis q2 esurietis. Ve vobis qui ridetis nūc· q2 lugebitis et flebitis. Ve vobis cum bene dixerint vos oēs hoīes. Secundū hec eni faciebāt pseudo prophetis patres eoꝝ. Sed vobis dico qui auditis. Diligite inimicos vr̄os· benefacite hijs qui oderūt vos. Benedicite maledicentibꝫ vobis· et orate pro calūniantibus vos. Et qui te pcusserit in maxillā· prebe ei et alterā. Et ei qui aufert tibi vestimentū tuū· etiā tunicā noli ꝓhibere. Omni autē petenti tribue. Et qui aufert que tua sūt ne repetas. Et ꝓut vultis ut faciant vobis hoīes: et vos illis facite similiter. Et si diligitis eos qui vos diligūt: que vobis est gratia? Nā et peccatores diligentes se diligūt. Et si benefeceritis eis qui vobis benefaciūt que vobis est gratia? Siquidē et peccatores hec faciunt. Et si mutuū dederitis hijs a quibus speratis accipere· que gratia est vobis? Nā et peccatores peccatoribꝫ fenerantur: ut recipiant equalia. Verumtamen diligite inimicos vestros· et benefacite et mutuū date nichil inde sperātes. Et erit merces vestra multa in celo. Dominica xxj·

In voluntate tua dn̄e vniuersa sunt posita et nō est qui possit resistere volūtati tue· tu enim fecisti omnia celum et terrā ꝛ vniuersa que celi ambitu cōtinentur· dn̄s vniuersoꝝ tu es. ps

Beati immaculati in via qui am=
bulant in lege domini. Oratio

LArgire quesumus dn̄e fi
delibus tuis indulgentiā
placatus et pacem· ut pariter
ab omnibus mūdentur offensis:
et secura tibi mēte deseruiāt. P.

Lectio ep̄le beati pauli aposto=
li Ad ephesios ·vi·

FRatres. Cōfortamini in
dn̄o et in potentia virtutis ei9.
Induite vos armaturā dei· ut
possitis stare aduersus insidi=
as dyaboli. Quoniā nō est no
bis colluctatio aduersus car=
nem ⁊ sanguinē· sed aduersus
principes et potestates. Aduer=
sus mundi rectores tenebrarū
harum cōtra spirituales nequi=
cias in celestibꝫ. Propterea ac=
cipite armaturā dei ut possitis
resistere in die malo· ⁊ in omni=
bus perfecte stare. State ergo
succincti lumbos vestros in ve
ritate· et induite loricā iusticie·
et calciati pedes in preparatio
ne euāgelij pacis· in omnibus
sumētes scutū fidei· in quo possi
tis omnia tela nequissimi ex=
tinguere. Et galeā salutis as=
sumite· ⁊ gladium spiritus qđ
est verbum dei. Grad.

Domine refugiū factus es nobis
a generatione et progenie. v̄ Prius
quā montes fierent aut formaretur
terra et orbis a seculo et in seculū tu
es deus. Alla v̄ Qui confidunt
in dn̄o sicut mon syon nō cōmoue=
bitur in eternū qui habitat in iheru
salem. Scd̄m iohannem· iiij·

IN illo tp̄e. Erat quidam regu
lus cuius filius infirmabatur
capharnaū. Hic cum audisset
quia ihesus veniret a iudea in
galileā: abijt ad eū et rogabat
eum ut descenderet et sanaret fi
liū eius. Incipiebat eni mori.
Dixit ergo ihesus ad eum. Nisi
signa et prodigia videritis: nō
credetis. Dicit ad eū regulus.
Dn̄e descende priusquā moria=
tur filius meus. Dicit ei ihesus
Vade filius tuus viuit. Credi=
dit homo sermoni quē dixit ei
ihesus· et ibat. Iam autem eo
descendente· serui occurrerūt ei:
et nūciauerūt ei dicentes· q2 fi=
lius eius viueret. Interroga=
bat autē horam ab eis in qua
melius habuerit. Et dixerūt ei
Quia heri hora septima reli=
quit eum febris. Cognouit aūt
pater q2 illa hora erat: in qua
dixit ei ihesus· Filius tuus viuit
Et credidit ipse et domus eius

Vir erat in terra Offr̄ tota.
nomine iob simplex et rectus ac ti=
mens deū· quē sathan petijt ut tem=
ptaret· et data est ei potestas a domi=
no in facultate et in carne eius· pdi=
ditqꝫ omnē substantiā ipsius et fili=
os· carnem quoqꝫ eius graui vlcere
vulnerauit. Secretū

Celestem nobis p̄beant hec

misteria quesumus domine me
dicinam· et vicia cordis nostri
expurgent. Per dñm. Com̄.
In salutari tuo anima meā et in
verbū tuū sup speraui quādo facies
de psequentibꝫ me iudiciū iniqui pse
cuti sunt me adiuua me deꝰ meus.
Ut sacris domi- Cōplenda
ne reddamur digni muneribꝫ:
fac nos qs tuis obedire man
datis. Per dn. Feria quarta.
Lectio epistole beati pauli apo
stoli ad thymotheū .j. thymo .j.
Fratres. Finis pcepti est
caritas de corde puro et
cōsciencia bona et fide nō ficta.
A quibꝫ quidā oberrantes cō
uersi sunt in vaniloquiū· vo=
lentes esse legisdoctores nō in
telligentes neqꝫ que loquūtur
affirmāt. Scimus autem quia
bona est lex posita nō iustis: sed
iniustis· et nō subditis impijs
et peccatoribꝫ· sceleratis et cōta
minatis· patricidis et matrici-
dis· homicidis et fornicarijs·
masculorū cōcubitoribus· pla
giarijs· mendacibꝫ· piuris. Et
si qđ aliud sane doctrinis ad=
uersatur· qđ est scđm euāgeliū
glorie beati dei quod creditū est
michi. Gratias ago ei qui me
cōfortauit. In xp̄o ihesu domi-
no nostro. Scđm marcū .xj.
In illo tempore. Dixit ihesus di
scipulis suis. Amen dico vob.
quia quicūqꝫ dixerit huic mōti
tollere et mittere in mare et nō
hesitauerit in corde suo sed cre
diderit· qꝛ quodcūqꝫ dixerit fi=
at· fiet ei. Propterea dico vob.
Omnia que cūqꝫ orantes peti=
tis credite quia accipietis et ve
nient vobis. Et cū stabitis ad
orandū dimittite si quid habe=
tis aduersus aliquē· ut et pa-
ter vester qui in celis est dimit
tat vobis peccata vestra. Qđ si
nō dimiseritis nec pater vester
qui in celis est dimittet vob pec
cata vestra. Feria sexta. Lco
epistole beati pauli apostoli ad
thymotheū .j. thymo .vi
Fratres carissimi. Nichil
intulimus in hūc mūdū· haud
dubium· quia nec auferre quid
possumus. Habentes autē ali=
menta et quibus tegimur hijs
cōtenti sumus. Nā qui volūt
diuites fieri incidūt in tempta
tionē et in laqueū dyaboli. Et
desideria multa et inutilia ꝛ va
cua que mergūt homines ꝛ in
interitū et pditionē. Radix eni
omnū malorū est cupiditas.
Quā quidā appetentes erra=
uerūt a fide· et inseruerūt se do=
loribus multis. Tu autē o ho=
mo dei hec fuge· sectare vero iu=
sticiam pietatem fidem carita=
tem patientiā mansuetudinē.
Certa bonū certamen fidei· ap=
prehende vitam eternā in qua
vocatus es. Et cōfessus bonā

confessionē coram multis testibus. Precipio tibi corā deo qui vivificat omnia in xp̄o ihesu: q̄ testimoniū reddidit sub poncio pylato bonā cōfessionē: ut serues mandatū sine macula: irreprehensibile usq; in adventum domini nostri ihesu xp̄i.
In illo tp̄e. Scd̄m marcū. iiij.
Dixit ih̄us discipulis suis. Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis: remetietur vobis et adijcietur vob. Qui eni habet dabit illi: et qui nō habet etiā qd̄ habet auferetur ab eo. Et dicebat. Sic eni est regnū dei: queadmodum si iaciat homo semen in terrā et dormiat: et exsurgat nocte ac die et semē germinet et crescat dū nesciat ille. Ultro eni terra fructificat primū herbā: deinde spicā: deinde plenū frumentū in spica. Et cum se pduxerit in fructus: statim mittit falcem quoniā adest tempus messis. Dn̄ica. xxij.
Si iniquitates observaveris dn̄e dn̄e quis sustinebit quia apud te ppiciatio est deus israhel. ps. De profundis clamavi ad te dn̄e dn̄e exaudi vocē meā. Oratio.
Familiā tuā qs̄ dn̄e ꝯtinua pietate custodi: ut a cūctis adversitatibus te ptegente sit libera: et in bonis actibus tuo nomini sit devota. P dn̄. Lectio ep̄le beati pauli ap̄li ad philipen̄. i.
Fratres. Cōfidimus de vobis in dn̄o ihesu: q2 qui cepit in nobis opus bonū pficiet usq; in diē xp̄i ihesu. Sicut est michi visum hoc sentire p omnibus vobis: eo q habeā vos in corde et in vinculis meis et in defensione et cōfirmatione euāgelij. Socios gaudij mei om̄es vos esse. Testis enim est michi deus quomodo cupiā vos om̄es in visceribus ihesu xp̄i. Et hoc oro ut caritas nr̄a magis ac magis abundet in omni scientia et in omni sensu: ut pbetis potiora: ut sitis sinceres et sine offensa in diē xp̄i. Repleti fructu iusticie. Per ihesum xp̄m in laudem et gloriā dei. Grad.
Ecce quā bonū et quā iocundū habitare fratres ī unū. V. Sicut unguentū in capite qd̄ descendit in barbam barbam aaron. V. Mādavit dn̄s benedictionē et vitā usq; in seculum. All'a. V. De profundis clamavi ad te domine dn̄e exaudi vocē meā. Scd̄m matheū. xviij.
In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnū celorū homini regi qui voluit rationem ponere cum servis suis. Et cum cepisset rationē ponere oblatus est ei unus qui debebat decemmilia talenta. Cum aūt non haberet unde redderet.

iussit eũ dominus venũdari et
vxorem eius et filios ⁊ omnia
que habebat ⁊ reddi. Procidẽs
autẽ seruus ille: rogabat eũ di-
cens. Patientiã habe in me: et
omnia reddam tibi. Misertus
autem dñs serui illius: dimisit
eum et debitũ dimisit illi. Egres
sus autem seruus ille: inuenit
vnũ de cõseruis suis qui debe-
bat ei centũ denarios. et tenẽs
suffocabat eum dicens. Redde
quod debes. Et procidens cõser
uus eius: rogabat eum dicens
Patientiã habe in me et oĩa
reddam tibi. Ille autẽ noluit
sed abijt et misit eum in carce-
rem donec redderet debitũ. Ui-
dentes autem cõserui eius que
fiebant: contristati sunt valde.
Et venerũt et nũciauerũt dño
suo omnia que facta fuerant.
Tunc vocauit illũ dñs suus.
et ait illi. Serue nequã: oĩe de-
bitum dimisi tibi quoniã roga
sti me. nõne oportuit et te mise-
reri conserui tui sicut et ego tui
misertus sum. Et iratus domi-
nus eius: tradidit eũ tortoribus
quoadusqꝫ redderet vniuersũ
debitum. Sic et pater vester ce-
lestis faciet vobis. si nõ remise
ritis vnusquisqꝫ fratri suo de
cordibus vestris. Offertoriũ
Recordare mei dñe omnipoten-
tatui dominaris. da sermonẽ in os
meũ rectũ ut placeant verba mea in
conspectu principis. Secretũ
Suscipe dñe ꝓpicius hostias
quibꝫ et te placari voluisti: et
salutem nobis potenti pietate
Dico vobis Com. restitue. Ps.
gaudiũ est angelis dei sup vno pecca
tore penitentiã agente. Cõplenda
Immortalitatis alimoniam
cõsecuti q̃s dñe: ut qd ore pre
pimus pura mẽte sectemur. Ps.
Lectio epistole beati pauli apo
stoli Ad thymotheũ. ij. thy. j.
Karissime. Noli erubescere
testimoniũ eius dñi no-
stri ihesu xpi. neqꝫ me vinctum
eius. sed cõlabora euãgelio se-
cundũ virtutẽ dei. qui nos libe-
rauit ⁊ vocauit vocatione sua
sancta non scdm opera nostra
sed scdm ꝓpositũ suũ et gratiã
que data est nobis in xpo ihe-
su ante tempora secularia. Ma
nifestata est autẽ nũc p illumi-
nationẽ saluatoris nostri ihe-
su xpi. qui destruxit quidẽ mor-
tem. illuminauit autẽ vitam et
incorruptionẽ p euãgelium in
quo positus sum ego p̃dicator
et aplus et magister gentium
Ob quã causam etiam patior:
sed nõ cõfundor. Scio enim cui
credidi et certus sum. quia po-
tens est depositum meũ seruare
in illum diem. Formã habens
sanorum verboꝝ que a me au-
disti in fide et dilectione. In cri-
sto ihesu domino nostro.

In illo tpe. Scđm lucam·vj·
Factũ est ut intraret ihesus et
doceret in synagoga·et erat ibi
homo: et manus eius dextera
erat arida. Obseruabant autẽ
scribe et pharisei si in sabbato
curaret·vt inuenirẽt vnde accu
sarent eũ. Ipẽ vero sciebat co=
gitationes eoꝝ. Et ait homini
qui habebat manũ aridã. Sur
ge et sta in medio. Et surgens
stetit. Ait autẽ ad illos ihesus
Interrogo vos. Si licet sabba
to bene facere·an male·animã
saluã facere·an pdere? Et circũ
spectis omnibus dixit homini:
Extende manũ tuã·et extendit
et restituta est manus ei. Ipsi
autem repleti sunt insipientia
et colloquebãtur ad inuicem·
quid nam facerent de ihesu.

Feria sexta Lectio epistole bea
ti pauli apl'i Ad thymotheum

Karissime. ·j·thymo·v·
Manus nemini cito im=
posueris·neqꝫ cõmunicaueris
peccatis alienis. Teipsũ castũ
custodi. Noli adhuc aquã bibe
re·sed modico vino vtere pro=
pter stomachũ tuũ et frequen=
tes infirmitates tuas. Quorũ=
dam hominũ peccata manife=
sta sunt p̃cedentia ad iudiciũ:
Quosdam autem et subsequũ
tur. Similiter autẽ et facta bo=
na manifesta sunt·ꝛ que aliter
se habent abscondi nõ possunt.

Quicunqꝫ sub iugo sunt serui:
dños suos omni honore dig=
nos arbitrentur·ne nomen do
mini ꝛ doctrina blasphemetur.
Qui autẽ fideles habent dños:
nõ cõtemnant·qꝛ fratres sunt.
In xp̃o ihesu domino nostro·

In illo tpe Scđm matheũ·viij
Cum venisset ihesus in domũ
petri vidit socrum eius iacentẽ
et febricitantẽ·et tetigit manũ
eius:et dimisit eã febris. Et mi
nistrabat illis. Vespere autem
facto: obtulerũt ei multos de=
monia habentes. Et eiiciebat
spiritus verbo·et omnes male
habentes curauit· ut adimple=
retur qđ dictũ est p ysaiã pphe=
tam dicentẽ. Ipẽ infirmitates
nostras accepit et egritudines
portauit. Dominica·xxiij·

Dicit dñs ego cogito cogi=
tationes pacis et non af=
flictionis·inuocabitis me
et ego exaudiã vos et reducã captiui
tatem vestram de cũctis locis. Ps
Benedixisti dñe terrã tuã auertisti
captiuitatem iacob. Oratio

Deus refugiũ nostrum et
virtus· adesto piis eccle=
sie tue precibꝫ auctor ip̃e pieta=
tis et presta·ut qđ fideliter pe=
timus efficaciter cõsequamur.
P dñm. Lectio epistole beati
pauli apl'i ad philippenses·iij·

Fratres. Imitatores mei
estote ꝛ obseruate eos qui

21

154

ita ambulant· sicut habetis for-
mā vestrā. Multi enim ambu-
lant quos sepe dicebam vobis.
Nūc autem et flens dico inimi-
cos crucis xp̄i· quorū finis inte-
ritus quorū deus venter est· et
gloria in confusione ipsorū qui
terrena sapiūt. Nostra autem
cōuersatio in celis est· vnde etiā
et saluatorē expectamus dn̄m
nostrū ihesum xp̄m· qui refor-
mabit corpus humilitatis nr̄e
cōfiguratum corpori claritatis
sue scd̄m operationē qua possit
etiā subijcere sibi omnia. Ihe-
sus xp̄us dn̄s noster. Grad·
Liberasti nos dn̄e ex affligentibꝫ
nos et eos qui nos oderūt cōfudisti.
ꝟ In deo laudabimur tota die· et
nomini tuo cōfitebimur in secula.
All'a ꝟ Lauda anima mea do-
minū laudabo dominū in vita mea
psallam deo meo quādiu ero.
Scd̄m matheū· xxij·
In illo tempore. Abeūtes
pharisei consiliū inierūt ut ihe-
sum caperēt in sermone· et mit-
tunt ei discipulos suos cū he-
rodianis dicētes. Magister sci-
mus quia verax es· et viam dei
in veritate doces· et non est tibi
cura de aliquo. Nō enim respi-
cis psonam hominū. Dic ergo
nobis quid tibi videtur? Licet
censū dari cesari· an nō? Cogni-
ta autem eorū nequicia· ihesus
ait. Quid me temptatis ypocri-
te? Ostendite michi nūmisma
census. At illi obtulerūt ei de-
nariū. Et ait illis ihesus. Cuius
est imago hec et supscriptio? Di-
cūt ei. Cesaris. Tūc ait illis ihe-
sus. Reddite ergo que sunt ce-
saris cesari· et que sunt dei deo.
De profundis clamaui Offer
ad te dn̄e dn̄e exaudi orationē meā.
Propicius esto do- Secretū
mine supplicationibꝫ nostris·
et populi tui oblationibꝫ preci-
busqꝫ susceptis· omniū nostrū
ad te corda cōuerte· ut a terre-
nis cupiditatibꝫ liberati· ad ce-
lestia desideria trāseamus. P.
Amen dico vobis quic- Com·
quid orantes petitis credite quia ac-
cipietis et fiet vobis. Cōplenda
Concede quesumus domine
nobis· ut p hec sacramēta que
sumpsimus· quicquid in nostra
mente viciosum est· tue medi-
cationis dono curetur. P do.
Lectio ep̄le beati pauli ap̄li ad
thymotheū· j· thymo· ij·
Fratres. Obsecro primū
omniū fieri· obsecratio-
nes· orationes· postulationes·
gratiarū actiones pro omnibꝫ
hominibꝫ· p regibus et omni-
bus qui sunt in sublimitate cō-
stituti· ut quietam et tranquil-
lam vitā agamus in omni pie-
tate et castitate. Hoc enī bonū
et acceptum est corā saluatore
nostro deo qui omēs homines

vult saluos fieri et ad agnitio nē venire veritatis. Unus eni deus et vnus mediator dei et hominū homo xp̄us ihesus. Qui dedit semetipm redemptionē pro omnibs. cuius testimoniū temporibus suis datū est. In quo positus sum ego predicator et apostolus. Veritatē dico et nō mentior: doctor gentiū in fide et lenitate. Scdm marcū .xj.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Amē dico vobis. quia quicūqz dixerit huic monti tollere et mittere in mare. et nō hesitauerit in corde suo sed crediderit. quia quodcūqz dixerit fiat: fiet ei. Propterea dico vobis. omnia quecūqz orantes petitis credite quia accipietis et venient vobis. et cū stabitis ad orandū: dimittite si quid habetis aduersus aliquē ut et pater vester qui in celis est dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos non dimiseritis peccata vestra. nec pater vester qui in celis est. dimittet vob peccata vestra. Feria sexta Lectio epistole beati pauli apostoli ad thymotheū .j. thymothei .iiij.

Carissime. Fidelis sermo et omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus et maledicimur. quia speramus in deum viuū: qui est saluator omniū hominū maxime fidelium. Precipe hec et doce. Nemo adolescentiā tuā cōtemnat sed exemplū esto fideliū in verbo in cōuersatione in caritate in fide in castitate Dum venio attende lectioni et exhortationi doctrine. In xp̄o ihesu dn̄o nostro. Scdm marcum .iiij.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis: remetietur vobis et adijcietur vobis. Qui enī habet dabitur illi. et qui nō habet etiā quod habet auferetur ab eo. Et dicebat. Sic est regnū dei quēadmodum si iaciat homo semen in terram et dormiat et exsurgat nocte ac die. et semen germinet et crescat dū nesciat ille. Ultro enī terra fructificat primū herbam. deinde spicam. deinde plenū frumentum in spica. Et cū se produxerit in fructus: statim mittit falcem quoniā adest tempus messis. Dominica .xxiiij.

Dicit dn̄s ego cogito cogitationes pacis in uocabitis me et ego exaudiā vos et reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. ps Benedixisti dn̄e terrā tuā auertisti captiuitatē iacob

Excita domine Oratio quesumus tuorū fideliū voluntates. ut diuini operis fructum propensius exequētes.

pietatis tue remedia maiora p-
cipiant P xp. Lectio epistole
beati pauli apostoli Ad colo-
censes .j.

Fratres. Non
cessamus p vobis oran-
tes et postulantes ut impleami
agnitione volūtatis dei in om-
ni sapientia et intellectu spiri-
tali· ut ambuletis digne deo p
omnia placentes in omni ope-
re bono· fructificantes ⁊ crescen
tes in scientia dei. In omni vir
tute cōfortati scdm potentiam
claritatis eius. In omni pati-
entia ⁊ longanimitate cū gau
dio· gratias agentes deo et pa
tri· qui dignos vos fecit in par
tem sortis sanctoꝝ in lumine·
qui eripuit vos de potestate te-
nebrarū· ⁊ transtulit in regnū
filij dilectionis sue. In quo ha
bemus redemptionē ⁊ remissio
nem peccatoꝝ. In xp̄o ihesu do
mino nr̄o. Scdm matheū ·ix·

In illo tempore. Loquen-
te ihesu ad turbas. Ecce
princeps vnus accessit et ado-
rabat eū dicens. Dn̄e filia mea
modo defuncta est· sed veni im-
pone manū tuā sup eam et vi-
uet. Et surgens ihesus: seque-
batur eum et discipuli eius. Et
ecce mulier que fluxum ventris
patiebatur duodecim ānis: ac-
cessit retro et tetigit fimbriam
vestimenti eius. Dicebat enim
intra se. Si tetigero tantū vesti
mentū eius· salua ero. At ihe-
sus cōuersus videns eam dixit
Confide filia: fides tua te saluā
fecit. Et salua facta est ex illa
hora. Secreta

Da misericors deus: ut hec sa
lutaris oblatio et a ꝓprijs rea-
tibus nos indesinenter expedi-
at· ⁊ ab omnibꝫ tueatur aduer
sis. Per dn̄m. Cōplenda

Sumpsimus dn̄e sacri dona
misterij humiliter deprecantes·
ut q̄ in tui cōmemoracōne nos
facere precepisti· in nostre pro-
ficiant infirmitatis auxilium.
P dn̄m. Feria quarta. Lectio
epistole beati pauli apostoli ad
thymotheū ·j· thymothei ·ij·

Fratres. Obsecro primū
omniū fieri· obsecratio-
nes· orationes· postulationes·
gratiaꝝ actiones pro omnibꝫ
hominibꝫ· p regibus et omni
bus qui sunt in sublimitate cō
stituti· ut quietam et tranquil-
lam vitā agamus in omni pie
tate et castitate. Hoc enī bonū
et acceptum est corā saluatore
nostro deo qui om̄es homines
vult saluos fieri et ad agnitio
nē venire veritatis. Unus enī
deus ⁊ vnus mediator dei et ho
minū· homo xp̄us ihesus· qui
dedit semetipm̄ redemptionē p
omnibꝫ· cuius testimoniū tem
poribꝫ suis datum est. In quo
positus sum ego predicator et

apostolus. Veritatem dico et
non mentior doctor gentiū in
fide ⁊ lenitate. Scdm marcū .xi
In illo tempore. Dixit ihe
sus discipulis suis. Amē
dico vobis. quia quicūq3 dixe
rit huic monti tollere ⁊ mittere
in mare. ⁊ nō hesitauerit in cor
de suo sed crediderit. quia quod
cūq3 dixerit fiat: fiet ei. Propte
rea dico vobis. omnia quecūq3
orantes petitis credite quia ac
cipietis et venient vobis. et cū
stabitis ad orandū: dimittite si
quid habetis aduersus aliquē
ut ⁊ pater vester qui in celis est
dimittat vobis peccata vestra.
Quod si vos non dimiseritis
peccata vestra. nec pater vester
qui in celis est. dimittet vobis pec
cata vestra. Feria sexta Lectio
epistole beati pauli apostoli ad
romanos .viij.
Fratres. Sapientia car
nis inimica est deo. legi enī dei
non est subiecta nec enī potest.
Qui autem in carne sunt: deo
placere non possunt. vos autē
in carne non estis. sed in spiri
tu. Si tamen spiritus dei habi
tat in vobis. Si quis autē spi
ritum dei non habet. hic nō est
eius Si autē xp̄us in vobis est
corpus quidē mortuū est pro
pter peccatū. Spiritus vero vi
uit propter iustificationē. Qd̄
si spiritus eius q̄ suscitauit ihe
sum a mortuis habitat in vo
bis qui suscitauit eum a mor
tuis viuificabit et mortalia cor
pora vestra propter inhabitan
tem spiritū eius in vobis. In
xp̄o ihesu domino nostro.
Secundū marcum .iiij.
In illo tempore. Dixit ihe
sus discipulis suis. Vide
te quid audiatis. In qua men
sura mensi fueritis: remetietur
vobis et adijcietur vobis. Qui
enī habet dabitur illi. et qui nō
habet etiā quod habet aufere
tur ab eo. Et dicebat. Sic est re
gnū dei quēadmodum si iaciat
homo semen in terram et dor
miat et exurgat nocte ac die
et semen germinet ⁊ crescat dū
nescit ille. Ultro enī terra fru
ctificat primū herbam. deinde
spicam. deinde plenū frumen
tum in spica. Et cū se produxe
rit in fructus: statim mittit fal
cem quoniā adest tempus mes
sis. Dominica .xxv. Intro.
Dicit dn̄s ego cogito cogi
tationes pacis innocabi
tis me et ego exaudiā vos
et reducam captiuitatem vestram de
cunctis locis. ps Benedixisti dn̄e
terrā tuā auertisti captiuitatē iacob
Excita domine Oratio
potentiā tuam et veni et
magna nobis virtute succurre

ut per auxilium gratie tue q̄d
peccata nostra ꝑpediũt indul-
gentia tue propiciationis acce
leret. P dñm.

Lectio ieremie ꝓphete. xxiij.

Ecce dies veniũt dicit do-
minꝰ Et suscitabo dauid
germen iustũ. et regnabit rex
et sapiens erit. et faciet iudiciũ
et iusticiam in terra. In diebꝫ
illis saluabitur iuda. et israhel
habitabit cõfidenter. Et hoc est
nomen q̄d vocabũt eum. dñs
iustus noster. Propter hoc. ec-
ce dies veniũt dicit dñs. Et nõ
dicẽt vltra viuit dominus. qui
eduxit filios israhel de terra e-
gipti. Sed viuit dominus qui
eduxit ⁊ adduxit semen domus
israhel de terra aquilonis. et de
cũctis terris ad quas eiecerat
eos illuc. et habitabũt in terra
sua. Dicit dñs omnipotens.

Secundum iohannem. vj.

In illo tempore. Cum sub-
leuasset ihesus oculos et
vidisset quia multitudo maxi-
ma venit ad eum. Dixit ad phi
lippum. Unde ememus panes
ut mãducent hij? Hoc autem
dicebat temptans eum. Ipse
autem sciebat quid esset factu-
rus. Respõdit philippus ei. Du
centorũ denariorum panes nõ
sufficiũt eis ut vnusquisqꝫ mo
dicum quid accipiat. Dicit ei
vnus ex discipulis eiꝰ andrea s
frater symonis petri. Est puer
vnus hic qui habet quinqꝫ pa-
nes ordeaceos et duos pisces.
Sed hec quid sunt inter tan-
tos? Dixit ergo ihesus. Facite
homines discumbere. Erat au-
tem fenum multũ in loco. Di-
scubuerunt ergo viri numero
quasi quinqꝫ milia. Accepit er-
go ihesus panes. ⁊ cũ gratias
egisset: distribuit discumbenti-
bus. Similiter et ex piscibus
quantũ volebant. Ut autem
impleti sunt. dixit ihesus disci
pulis suis. Colligite que supera-
uerũt fragmenta ne pereant.
Collegerunt ergo et impleue-
runt duodecim cophinos frag
mentorum ex quinqꝫ panibus
ordeaceis qui superfuerũt hijs
qui manducauerãt. Illi ergo
homines cum vidissent quod
fecerat ihesus signũ. dicebant.
Quia hic est vere ꝓpheta qui
venturus est in mundum.

Secretũ

Celestem nobis
prebeãt hec misteria quesumus
domine medicinã. et vicia no-
stri cordis clementer expurgẽt.
Per dñm.

Cõplenda

Ut sacris reddamur digni
muneribꝫ. fac nos quesumus
domine tuis obedire mãdatis.
Per dñm.

Feria quarta. Lectio epistole beati pauli apostoli Ad thymotheum .i. thymothei .ij.

Fratres. Obsecro primũ omniũ fieri. obsecrationes. orationes. postulationes. gratiarum actiones pro omnibus hominibꝫ. pro regibus et pro omnibꝫ qui sunt in sublimitate cõstituti. ut quietam et trãquillam vitã agamus in omni pietate et castitate. Hoc enim bonũ et acceptum est coram saluatore nostro deo qui omnes homines vult saluos fieri et ad agnitionẽ venire veritatis. Unus enĩ deus ⁊ vnus mediator dei et hominum. homo xp̄us ihesus. qui dedit semetipm̃ redemptionẽ pro omnibus. cuius testimoniũ temporibꝫ suis datum est. In quo positus sum ego predicator et apostolus. Veritatem dico et non mentior doctor gentium in fide et lenitate.

Secundum marcũ .xj.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Amẽ dico vobis. quia quicũqꝫ dixerit huic monti tollere ⁊ mittere in mare. ⁊ nõ hesitauerit in corde suo sed crediderit. quia quodcũqꝫ dixerit fiat: fiet ei. Propterea dico vobis. omnia quecũqꝫ orantes petitis credite quia accipietis et venient vobis. et cũ stabitis ad orandũ: dimittite si quid habetis aduersus aliquẽ ut ⁊ pater vester qui in celis est dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos non dimiseritis peccata vestra. nec pater vester qui in celis est. dimittet vobꝫ peccata vestra.

Feria sexta. Lectio epistole beati pauli apostoli ad corinthios .ij. corinthior. .ij.

Fratres. Deo gratias qui semper triumphat nos in xp̄o ihesu. et odorem noticie sue manifestat per nos in omni loco. quia xp̄i bonus odor sumus deo in hijs qui salui fiunt. et in hijs qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem. Alijs autem vite in vitam odor. Et ad hec quis tam ydoneus? Nõ enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum dei. sed ex sinceritate sicut ex deo corã deo in xp̄o loquimur.

Secundum marcum .iiij.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Videte quid audiatis. In qua mẽsura mensi fueritis remetietur vobis ⁊ adijcietur vobis. Qui enĩ habet dabit illi. ⁊ qui nõ habet id qd̄ habet auferet ab eo. et

dicebat. Sic est regnū dei: quē-
admodū si iaciat homo semen
in terrā et dormiat. et exsurgat
nocte ac die: et semen germinet
et crescat dum nesciat ille. Ul-
tro enim terra fructificat pri-
mum herbam: deinde spicā: de-
inde plenū frumentū in spica.
et cum hoc produxerit in fructus
statim mittit falcem quoniam
adest tempus messis.

In consecratione altaris Introitus.

Dicit dñs sermones mei quos dedi in os tuū nō deficient de ore tuo adest eni nomen tuum et munera tua accepta erūt sup altare meū. ps Dñe exaudi orationē meā et clamor meus ad te veniat. Oratio

Omnipotens sempiterne deus altare hoc nomini tuo dedicatū celestis virtutis benedictione sanctifica. et omnibus in te sperantibus auxilii tui munus ostende: ut hic et sacramentorū virtus et votorū obtineatur effectus. P dm. Lectio ysaie prophete. xix.

Hec dicit dñs. In die illa deferetur munus domino exercituū: et rex fortis dominabitur eorū. In die illa erit altare dñi in medio terre. et cognoscetur dñs et colent eum in hostijs et muneribus. et vota vovebūt domino et solvent. et revertentur ad dñm et placabitur eis. et salvabit eos. In die illa erit israhel benedictio in medio terre. cui benedixit dñs deus exercituū dicens. Benedictus populus meus: et opus manuū mearum hereditas mea israhel. Dicit dominus omnipotēs. Grad.

Exultabūt sancti in gloria letabūtur in cubilibus suis. V Cantate domino canticū novū laus eius in ecclesia sanctorū. Alla V Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorū. Scdm lucam. vi.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Non est arbor bona q facit fructus malos. neqz arbor mala faciens fructū bonum. Unaquequ enim arbor ex fructu suo cognoscit. Neqz eni de spinis colligūt ficus. neqz de rubo vindemiant uvā. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonū. et malus homo de malo thesauro cordis sui profert malum. Ex abundantia eni cordis os loquitur. Quid autē vocatis me dñe domine: et non facitis que dico. Omnis eni qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos ostendā vobis cui similis sit

Similis est homini edificanti
domū qui fodit in altum. et po=
suit fundamentū supra petrā:
Inundatione autē facta illi=
sum est flumen domui illi et nō
potuit eam mouere. fundata
enim erat supra firmā petrā.

Sanctificauit moyses al= **Offr̄**
tare dn̄o offerens super illud holo=
caustū et immolās victimas fecit sa
crificiū vespertinū in odorē suauita
tis dn̄o deo in ꝯspectu filioꝝ israhel.

Descendat quesu= **Secretū**
mus dn̄e deus noster sanctus
spiritus sup̄ hoc altare qui po=
puli tui dona sanctificet. et su=
mentiū corda purificet. P dn̄.

Passer inuenit sibi domū **Com̄.**
et turtur nidū vbi reponat pullos
suos altaria tua domine virtutū rex
meus et deus meus beati qui habi=
tāt in domo tua in seculū seculi lau
dabunt te. **Cōplenda**

Omnipotens sempiterne deꝰ
qui legaliū differentias hostia
rum vnius sacrificij ꝑfectione
sanxisti. respice ꝓpicius de thro=
no glorie tue. ⁊ sup̄ hoc altare
benedictionis tue munus ostē
de: ut in hoc sic temporales ho=
stie cōsecrentur. ut perpetue vi=
te sumentibus procurent sub=
stantiam. P dn̄m.

In dedicatione Introitus.

Terribilis est
locus iste hic
domus dei ē
et porta celi
et vocabitur
aula dei. **Ps**
Quā dilecta
tabernacula tua dn̄e virtutū concu=
piscit et deficit aīa mea in atria dn̄i.

Deus qui nobis **Oratio**
p̄ singulos annos huiꝰ
sancti templi tui cōsecrationis
reparas diē. ⁊ sacris nos semp̄
misterijs representas incolu=
mes. exaudi p̄ces populi tui et
p̄sta: ut quisquis hoc templū
beneficia petiturus ingreditur.
cūcta se impetrasse letetur. P.

Lectio apocalipsis beati iohā=
nis apl̄i. xxi.

In diebꝫ illis.
Vidi ciuitatē sanctā iherusalē
nouā descendentē de celo a deo
paratā sicut sponsam ornatā
viro suo. Et audiui vocē ma=
gnam de throno dicentē. Ecce
tabernaculū dei cū hominibꝫ et
habitabit cū eis. Et ipsi popu=
lus eius erūt. et ip̄e deus cū eis
erit eoꝝ deus. Et absterget deus
omnē lacrimā ab oculis eoꝝ et
mors vltra nō erit. neqꝫ luctus
neqꝫ clamor. neqꝫ dolor erit vl=
tra que prima abierūt. Et di=
xit qui sedebat in throno. Ecce
noua facio omnia.

Locus iste a deo factus Grad.
est inestimabile sacramētū irreprehen=
sibilis est. ℣ Deus cui astant ange
lorū chori exaudi p̄ces seruorꝝ tuorꝝ.
Alla ℣ Vox exultationis et sa=
lutis in tabernaculis iustorū.
In illo tpe. Scd̄m lucā .xix.
Ingressus ihesus perambula=
bat iericho. Et ecce vir nomine
zacheus. et hic erat princeps
publicanorū et ipse diues. Et
querebat ihesum videre quis
esset: et nō poterat pre turba. q2
statura pusillus erat. Et p̄cur
rens ascendit in arborem syco=
morū ut videret illū. quia inde
erat trāsiturus. Et cū venisset
ad locum: suspiciens ihesus vi
dit illū. Et dixit ad eū. Zachee
festinans descende. quia hodie
in domo tua oportet me mane=
re. Et festinās descendit et exce
pit illū gaudens. Et cū viderēt
omnes murmurabāt dicentes
q2 ad hominē peccatorē diuertis
set. Stans autē zacheus dixit
ad ihesum. Ecce dimidiū bono=
rum meorꝝ dn̄e do pauperibꝫ. et
si quid aliquē defraudaui red=
do quadruplū. Ait ihesus ad
illum. Quia hodie salus huic
domui facta est. eo q2 et ipse fi=
lius sit abrahe. Venit enim fi=
lius hominis querere et saluū
facere quod perierat. Offr̄.
Domine deus in simplicitate cor=
dis mei letus obtuli uniuersa et po=
pulū tuū qui repertus est vidi cū in=
genti gaudio deus israhel custodi
hanc voluntatem. Secretū
Annue quesumus dn̄e p̄cibꝫ
nostris. ut quicūqꝫ intra tem=
pli huius cuius anniuersariū
dedicationis diem celebramus
ambitu continemur plena ti=
bi atqꝫ pfecta corporis et anime
deuotione placeamus: ut dum
p̄sentia vota reddimꝰ. ad eter
na p̄mia te adiuuante perueni=
re mereamur. P dn̄. Com.
Domus mea domꝰ orationis vo
cabitur dicit dn̄s in ea om̄is qui pe
tit accipit ⁊ qui querit inuenit ⁊ pul
santi aperietur. Cōplenda.
Deus qui ecclesiam tuā spon
sam vocare dignatus es: ut q̄
habet gratiā per fidei deuotionē
haberet etiā ex noīe pietatem.
da ut omnis hec plebs nomi=
ni tuo deseruiens huius voca=
buli cōsortio digna esse merea
tur. ⁊ ecclesia tua in templo cu=
ius hodie anniuersarius dedi=
cationis dies celebrat᷑ tibi col=
lecta te timeat te diligat te se=
quatur. ut dum iugiter p vesti
gia tua graditur. ad celestia p=
missa te ducente peruenire me=
reatur. P dn̄.

Incipit Gloria in excelsis.

Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone volũtatis. Lauda=
mus te. Benedicimus te
Adoramus te. Glorificamus te Gra
tias agimus tibi ꝓpter magnã glo=
riã tuã. Dñe deus rex celestis deꝰ pa=
ter omnipotẽs. Dñe fili unigenite ihe
su xp̄e et sancte spũs. vel altissime
in magnis festiuitatibus Dñe
deus agnus dei filius patris. qui tol
lis pc̄ca mundi miserere nobis. Qui
tollis pc̄ca mũdi suscipe dep̄catiõnẽ
nostrã. Qui sedes ad dexterã patris
miserere nob. Qm̃ tu solus sanctus.
Tu solus dñs. Tu solus altissimus
ihesu xp̄e. Cum sancto spiritu in glo
ria dei patris amen. Istud cantt
de dña diebus sabbatinis.

Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominib bo=
ne volũtatis. Laudamus
te. Benedicimus te. Adoramus te.
Glorificamus te. Gratias agimus
tibi ꝓpter magnã gloriã tuam. Dñe
deus rex celestis deꝰ pater omnipotẽs
Dñe fili unigenite ihesu xp̄e. Spũs
et alme orphanoꝝ paclite Dñe deus
agnus dei filius patris. Primogeni
tus marie virginis matris. Qui tol
lis pc̄ca mũdi suscipe dep̄catiõnẽ no=
strã. Ad marie gloriã. Qui sedes ad
dexterã patris miserere nobis. Quo
niã tu solus sanctus. Mariã sancti=
ficatis. Tu solus dñs. Mariã guber
nãs. Tu solus altissimus. Mariam
coronãs ihesu xp̄e. Cũ sancto spiritu
in gloria dei patris amen.

Credo in vnũ deum.
Patrem oñipoten
tẽ factorẽ celi et ter=
re. visibiliũ omniũ
et inuisibiliũ. Et in vnũ dñm
ihesũ xp̄m filiũ dei vnigenitũ. ꝛ
ex patre natũ ante oĩa secula.
Deũ de deo lumen de lumie deũ
verũ de deo vero. Genitũ nõ fa
ctum cõsubstantialẽ prĩ p quẽ
oĩa facta sunt. Qui ꝓpter nos
hoĩes et ꝓpter nostrã salutẽ de=
scendit de celis. Et incarnatus
est de spũ sancto. Ex maria vir
gine ꝛ hõ factus est. Crucifixus
etiã p nobis sub poncio pilato
passus ꝛ sepultus est. Et resur
rexit tercia die scd̃m scripturas
Et ascendit in celũ. sedet ad dex
terã patris. et iterũ venturus
est cũ gloria. iudicare viuos et
mortuos. Cuius regni nõ erit
finis. et in spiritũ sanctũ dñm
et viuificantẽ. Qui ex patre fi=
lioqꝫ ꝓcedit. Qui cũ prẽ ꝛ filio
simul adorat et cõglorificatur.
qui locutus est per ꝓphetas. Et
vnã sanctã catholicã ꝛ aposto
licã ecclesiã. Cõfiteor vnũ bap=
tisma in remissionẽ peccatoꝝ. et
expecto resurrectionẽ mortuo=
rũ. et vitã venturi seculi amen

Incipit de sanctis. Et primo in vigilia sancti andree. Intro.

Dominus secus mare galilee vidit duos fratres petrũ et andreã et vocauit eos. venite post me faciam vos fieri piscatores hominũ. Ps. Celi enarrant gloriã dei et opa manuũ ei9 annũciat firmamentũ.

Quesumus oĩps deus: ut beatus andreas apostolus tuũ pro nobis imploret auxiliũ: ut a nostris reatibz absoluti a cũctis etiã periculis eruamur. Saturnini Oratio

Beatorum martirũ tuorum dñe saturnini sociorũqz eius nobis assit oratio: ut quos veneramur obsequio pio iugiter expiamur auxilio. P dñ. Ep̃la Bñdictio dñi sup caput. .ccix. Gr. In oẽm terrã .cex. Grad. re ptas. All'a Credo Ite missa est nõ dicuntur. Sed si hec vigilia dñico die euenerit. tũc ista oĩa dicuntur. All'a v̾ Per manus autẽ apost Scdm iohannẽ

In illo tpe. Stabat iohãnes et ex discipulis eius duo. et respiciens ihesum ambulantẽ dixit. Ecce agnus dei. Et audierũt eũ duo discipuli loquentẽ. 7 secuti sunt ihesũ. Cõuersus autẽ ihesus: et videns eos sequẽtes se. dicit eis. Quid queritis? Qui dixerũt ei. Rabbi qđ est interptatum magister. Ubi habitas? Dixit eis ihesus. Venite 7 videte. Venerũt ergo et viderũt ubi maneret. et apud eũ manserũt illo die. Hora autẽ erat quasi decima. Erat autẽ andreas frater symonis petri unus ex duobus qui audierãt a iohãne et secuti fuerant eũ. Inuenit hic fratrẽ suũ symonẽ. et dicit ei. Inuenimus messiã. qđ ẽ interptatum ihesus. Et adduxerũt eũ ad ihesũ. Intuitus autẽ eũ ihesus dixit. Tu es symon fili9 iohãna. tu vocaberis cephas. qđ interptatur petrus. In crastinũ autẽ voluit exire galileã: et inuenit philippũ. et dixit ei. Sequere me. Erat autẽ philippus a bethsaida ciuitate andree 7 petri. Inuenit philippus nathanael. 7 dicit ei. Quẽ scripsit moyses in lege 7 pphetis? Inuenimus ihesũ filiũ ioseph a nazareth. Et dicit ei nathanael. A nazareth potest aliquid boni esse. Dicit ei philippus. Veni et vide. Vidit ihesus nathanael venientẽ ad se. et dicit de eo. Ecce vere israhelita: in quo dolus non est. Dicit ei nathanael Unde me nosti? Respõdit ihesus et dixit ei. Priusquã te philippus vocaret: cũ esses sub ficu vidi te. Respondit nathanael et ait. Rabbi. tu es filius

dei· tu es rex israhel. Respondit
ihesus et dixit ei. Quia dixi tibi
vidi te sub ficu credis· maiꝰ his
videbis. Et dicit eis. Amē amē
dico vobis· videbitis celū aper=
tum ⁊ angelos dei ascēdentes et
descēdētes sup filiū hoīs· Offꝫ
Gloria et honore. ccix· Secretū
Sacrādū tibi dn̄e munus of=
ferimus quo beati andree solē=
nia recolentes: purificationem
quoqꝫ nr̄is mētibꝫ imploramꝰ.
Maiestatē tuā dn̄e Secretū
deus nobis hec hostia immolā
da reddat placatā tuorꝫ digna
postulatione sanctorꝫ. Com̄.
Dicit andreas symoni fratri suo
invenimus messiā qui dicitur xp̄us
et adduxit eū ad ihesū. Cōplenda
Perceptis domine sacramētis
suppliciter exoramꝰ: ut interce=
dente beato andrea ap̄lo tuo q̄
pro illius venerāda gerimus
passione: nobis pficiāt ad me
delam. P. Alia cōplenda
Sacramētis dn̄e muniamur
acceptis· ⁊ intercessione sancto
rum tuorꝫ cōtra oēs iniusticias
carnis celestibꝫ armis ptegamꝰ
P. do. In die sancto introitus
Michi autē nimis· ccix· Oratio
Maiestatem tuā dn̄e suppli
citer exoramꝰ: ut sicut ec=
clesie tue beatus andreas ap̄ls
extitit predicator et rector· ita
apud te sit p nobis ppetuus in
tercessor. P. Hec sola dicitur si
festū eius ante adventū evene
rit. Si autē in adventu occurre
rit tunc fit cōmemoratio dn̄ice
et beate marie virginis. Ep̄la
Corde creditur ad iusticiā. ccx·
Gr Cōstitues eos principes· ccx·
All'a v Dilexit andreā dn̄s in
odorem suavitatis. Prosa Deus
in tua virtu· cclxxvj· vel Sacro scā·
In illo tpe. Scd̄m matheū
Ambulans ihesus iuxta mare
galilee: vidit duos fratres· sy=
monē qui vocat petrus· et an=
dream fratrē eius: mittētes re=
tia in mare. Erant enī piscato=
res. Et ait illis. Venite post me
faciā vos fieri piscatores homi
nū. At illi cōtinuo relictis rethi
bus et navi: secuti sunt eū. Et
pcedens inde vidit alios duos
fratres· iacobū zebedei et iohā=
nem fratrē eius in navi cū zebe=
deo patre eorꝫ reficientes retia
sua: et vocavit eos. Illi autem
statim relictis rethibꝫ et patre:
secuti sunt eū. Credo dr. Offꝫ
Michi autē nimis. ccxj· Secretū
Sacrificiū nostrū q̄s dn̄e ti=
bi beati andree pcatio sancta cō
ciliet: ut cuiꝰ honore solēniter
exhibetur: meritis efficiatur ac=
ceptum. P. Prefatio de ap̄lis.
Venite post me faciā vos Com̄.
fieri piscatores hominū at illi relictis
rethibus secuti sunt dn̄m. Cōpleū.
Sumpsimus domine divina
misteria beati andree festivitate

lecantes que sicut sanctis tuis
ad gloriã·ita nob̄ qñs ad ve-
niam p̄desse p̄ficias. P. dn. De
sancta barbara. Gaudeam⁹ om-
nes in dño. ccxxiij· Oratio
Dirige clementiã tuam
nob̄ oĩs deus deuote sup
plicãtib3: ut qui beate barbare
virginis et martiris tue cõme-
moratione gratulamur virtu-
te illius ad p̄merendã delictoꝝ
veniã gubernem̃. P. Alia dñi
calis· sancte marie· sancte an-
dree. Ep̄la Sapiẽtia vincit ma
liciã. ccxxiij·Grad· Specie tua ꝛ
pulcritu· ccxxiiij· Alla v̄ Felix
es martir barbara candens pudoris
lilium implora nobis ethera salutis
fer auxiliũ. Prosa Aue martir glo
riosa· cdxvij· Alia prosa Exul-
tent filie syon· cdxix· Euãge· Si
mile ẽ regnũ ce·decẽ vir· ccxxiiij·
Offꝫ Filie regũ· ccxxv· Secr·
Hostias dñe quas tibi offeri
mus p̄picius suscipe·et interce-
dente b̄ta barbara martire tua:
vicula peccatoꝝ nr̄oꝝ absolue.
Com̃· Principes p̄secuti· ccxxv·
Refecti cibo potuq3 Cõpleñ·
celesti deus noster te suppliciter
exoramus:ut in cui⁹ hec cõme-
moratione p̄cepimus eius mu
niamur et p̄cib3. P. Jodoci cõ-
fessoris Os iusti medita· ccxix·
Deus qui beatũ iodo Orõ
cum cõfessorẽ tuũ eterni-
tatis gl̄a sublimasti·cõcede no
bis famulis tuis ei⁹ memoriã
celebrantibus:cũctoꝝ nr̄oꝝ ve
niã delictoꝝ et eterne beatitudi
nis p̄mia sempiterna. P Ep̄la
Dedit dñs cõfes· ccxx· Grꝫ Os
iusti· ccxxj· Alla Iste sanct⁹· ccxxj
Prosa Dilectus deo et ho· cdxix·
Euãge· Nemo accendit lucer-
nam· ccxxij· Offꝫ Posuisti dñe
sup caput. ccxiij· Secretum
Munera q̄s dñe oblata san-
ctifica:nosq3 interueniente bea
to iodoco cõfessore tuo a p̄cĩoꝝ
nostroꝝ maculis emũda. Cõ·
Beatus seruus. ccxxij·Cõpleñ·
Quesumus dñe deus noster:
ut per hec sacrosancta misteria
beato iodoco cõfessore tuo sup-
plicante veniam delictoꝝ nr̄oꝝ
tribuas quẽ in terris declarare
nõ cessas. P. De sancto nico-
lao Statuit ei dñs· ccxix Gloria
in excelsis deo dicitur· Oratio
Deus qui beatũ nicolaum
pium pontificẽ tuũ innu-
meris decorasti miraculis·tri-
bue quesumus:ut eius meritis
et p̄cib3 a iehenne ignis incen-
dijs liberemur. P. Alia dñica-
lis.sancte marie·sancte andree
Ep̄la Ecce sacerdos mag· ccxix
Offꝫ Inueni da. ccxi Alla
v̄ Tũba sacti nicolai sacrũ resudat
oleũ qd egros sanat. Prosa Con
gaudentes. cdxvij·Euãge· Sint
lumbi vr̄i p̄cincti. ccxxi Offꝫ
Veritas mea. ccxxij· Secretũ

Sanctifica q̄s dn̄e mune-
ra q̄ in veneratione sancti an-
tistitis tui nicolai offerūtur: ut
p ea vita nostra inter aduersa
et p̄spera tuta dirigat. P. Com.
Beatus seruus. ccxxij. Cōplen.
Sacrificia que sūpsimus dn̄e
p cōmemoratione sancti cōfes-
soris tui atq3 pontificis nicolai
sempiterna nos ꝓtectione cō-
firment. P. In octaua sancti
andree omnia ut in die eius.
Gloria in excelsis. Credo et Ite
missa. Et p̄fatio de ap̄lis. Ora.
Protegat nos dn̄e q̄s bea-
ti andree ap̄li tui repetita
solēnitas: ut cuius p̄rocinia si-
ne intermissione recolimus p-
petuā defensionē sentiamus. P.
Indulgentiā nob. Secretū
P̄strāt hec munera q̄s largio-
rem. q̄ venerabilis andree suf-
fragijs offerūtur. P. Cōplen.
Adiuuet ecclesiā tuā dn̄e tibi
supplicādo venerādus andreas
ap̄lus. et pius intercessor efficia-
tur qui no͞is tui idoneus extitit
p̄dicator. P. do. In cōceptione
sancte marie Introitus Gau-
deamus oēs in dn̄o. ccxxiij. Ora.
Deus qui beate marie cō-
ceptionē angelico vatici-
nio ip̄ius parentibus p̄dixisti.
presta huic familie tue ei9 mu-
niri p̄sidijs. cuius cōceptionis
sacra solēnia frequētatione cō-
grua venerātur. P. Alia oro.
Deus ineffabilis misericor-
die tue qui prime mulie-
ris piacula p virginē mariā ex-
pianda sanxisti. da nob q̄s
digne cōceptionis eius solen-
nia venerari. que vnigenitum
tuū virgo cōcepit et virgo pepe-
rit. P. do. Ep̄la Dn̄s possedit
me. cxcv. Gr Audi filia. cxxix.
All'a v̄ Cōceptio glose virginis.
marie. cxcv. Prosa Stirpe ma-
ria. cclxiiij. Euāge. Liber gene-
rationis ihesu. cxcv. Credo dr.
Offm Aue maria. cxxix. Secr.
Salutarem om̄ipotēs pater
hostiā immolātes imploram9
clementiā tuā: vt genitricis fi-
lij tui supplicatione placatus p
eam nos absoluas. et ad visio-
nem glorie tue p̄ducas. P. eū.
Prefatio Et te in veneratione.
vel in conceptione beate marie.
Com. Diffusa est gratia. ccxxv.
Celestis alimo- Cōplenda
nie vegetati libamine q̄s do-
mine de9 noster: ut nos glorio-
se sempq3 virginis marie cōti-
nua foueat ꝓtectio. cuius no-
stre causa salutis extitit hodi-
erna cōceptio. P. Cesarie vir-
ginis Dilexisti iusticiā. ccxxiij.
Deus tuarū vir- Oratio
ginū corona. qui beate ce-
sarie virginis p̄electe ex dono
tue ineffabilis gratie contulisti
ut in terris virtutū clarescerent
insignijs. et in celis cū angelis

eterne gl'e choruscaret · tribue
ut oẽs votiuũ ipius ꝑ suis ne
cessitatibꝫ innocãtes auxiliũ pe
ticõnis sue salutarẽ cõsequant̄
effectũ. Epl'a Dñe deus. ccxxiiij.
Gr. Adiuuabit eã deus. ccxxiiij.
All'a v̄ Egregia sponsa. ccxxiiij.
Euãge. Simle est regnũ celoꝝ
thesauro abscondito. ccxxiiij.
Offẽ Offerentur regi. ccxxv.
Pie pater et miseri- Secretũ
cors deus oblacõnes famuloꝝ
tuoꝝ afflictoꝝ benignus assu-
me: q2 nõ habent fiduciã nisi in
tuã misericordiam et sanctorũ
auxiliũ cõfidentes. tribue qs̄
ut rerũ substantiã eis ablatã
ꝑ intercessionẽ sancte cesarie vir
ginis velocius reperiãt. ut cõ-
solatione adiuti in tua laude ꝑ
seuerent. P. eũdẽ. Com. Diffu-
sa est gratia. ccxxv. Cõplenda
Quesumus dñe deus noster:
ut quos cotinua celestis miste-
rij ꝑticipatione refoues. huma
ne nequicie nõ sinas subiacere
sed esto nobis adiutor in tribu
lationibꝫ que inuenerunt nos
nimis. ⁊ tribue famulis tuis ad
merita beate cesarie virginis ꝑ-
dita recuperare. P. eũ. Damasi
pape et confessoris Oratio
Misericordiã tuã qs̄ dñe
interueniẽte beato dama
so ꝯfessore tuo clemẽter impen
de. et nobis peccatoribꝫ ipi⁹ ꝓpi
ciare suffragijs. P. Secretũ

Da nobis quesum⁹ dñe hec
tibi vota gratanter ꝑsoluere.
quibus sancti cõfessoris tui da
masi depositionẽ recolimus et
crimā ab oculis eorꝝ. Lectio li-
bri sapientie. xxxix.

Sapientiam omniū anti
quorꝝ exquiret sapiēs. et in pphe
tis vacabit. Narrationē viro-
rū nominatorꝝ cōservabit. et in
versucias parabolarꝝ simul in-
troibit. Occulta proverbiorꝝ ex-
quiret. et in absconditis para-
bolarꝝ cōversabitur. In medio
magnatorꝝ ministrabit. et in cō-
spectu psidis apparebit. et in ter
rā alienarū gentiū ptransibit
Bona eni et mala in omnibus
temptabit. Lectio libri sapien-
tie. x.

Reddet deus merce-
dem sanctorꝝ suorꝝ. et de-
ducet illos in via mirabili. Et
fuit illis in velamento diei. et
in luce stellarꝝ nocte. Trāstulit
illos p mare rubrū. et trāsvexit
eos per aquā nimiā. Inimicos
autē illorꝝ dimersit in mare. et
ab altitudie inferorꝝ eduxit eos
ideo iusti tulerūt spolia impiorꝝ. et

decãtauerũt dñe nomẽ sanctũ
tuũ. Et victricẽ manũ tuã lau=
dauerũt. Lectio libri sapientie
Ui timent dñm nõ erũt
incredibiles verbo illius:
Et qui diligũt illũ· cõseruabũt
viã illius. Qui timent dñm in
[illegible]rent que beneplacita sũt il=
li· et qui diligũt eũ replebũtur
lege ipiꝰ. Qui timẽt dñm ꝑpa=
rabũt corda sua· ⁊ in conspectu
illius sanctificabũt aĩas suas.
Qui timẽt dñm custodiũt mã=
data eius· ⁊ patientiã habebũt
vsq; ad respectionẽ illius.

Lectio libri sapientie·

Usti autẽ inperpetuũ vi=
uent· et apud dñm est merces
eoꝝ· et cogitacões eorũ apud
altissimũ. Ideo accipiẽt regnũ
decoris· ⁊ dyadema speciei de ma
nu dei· qm̃ dextera sua reget il=
los· ⁊ brachio suo defendet illos
Et accipiat armaturã zelus il=
lius· et armabit creaturã ad vl
tionẽ inimicoꝝ. Induãt ꝓ tho
race iusticiã· et accipient ꝓ ga=
lea iudiciũ certũ. Sument scu=
tum inexpugnabile equitatẽ·
ibunt directe ꝓmissiones· et ad
certum locũ deducet illos dñs
deus noster. Ad hebreos· x·

Ratres. Rememoramini
pristinos dies in quibus
illuminati magnũ certamẽ su=
stinuistis passionũ. In altero
quidẽ opprobrijs et tribulatio=
nibus spectaculũ facti. In alte=
ro aũt socij taliter cõuersantiũ
effecti. Nam et vinctis cõpassi
estis· et rapinã bonoꝝ vꝛoꝝ cũ
gaudio suscepistis· cognoscen
tes vos habere meliorẽ et ma=
nentem substantiã. Nolite ita
amittere cõfidentiã vestrã que
magnã habet remunerationẽ.
Patientia enim vobis necessa
ria est· ut voluntatẽ dei faciẽtes
reportetis ꝓmissionẽ. Adhuc
enĩ aliquantulũ modicũ ꝗ ven
turus est veniet et nõ tardabit
Iustus autẽ ex fide viuit.

Lectio libri sapientie·

Ustorũ anime in manu
dei sunt· et nõ tanget illos tor=
mentũ mortis. Uisi sunt ocu=
lis insipientiũ mori· et estima=
ta est afflictio exitus illorũ. Et
qđ a nobis est iter extermiñ·
illi autẽ sunt in pace. Et si corã
hominibꝫ tormẽta passi sunt·
spes illorũ immortalitate ple=
na est. In paucis vexati· in meꝛ
tis bene disponẽtur· quoniã de=
us temptauit illos· et inuenit
illos dignos se. Tanquã aurũ
in fornace ꝓbauit illos· et qua
si holocausta hostie accepit eos
et in tẽpore erit respectus illoꝝ.
Fulgebũt iusti et tanquã scin=
tille in arundineto discurrent.
iudicabũt nacões ⁊ dñabunt
populis· et regnabit dñs illorũ
inperpetuũ. Ad corinthios·

Fratres. Benedictus deus
et pater dñi nostri ihesu
xp̃i· Pater misericordiarum et
deus totius cõsolationis· qui
cõsolatur nos in omni tribula
tione nr̃a· ut possimus et ipsi cõ
solari eos qui in omñi pressura
sũt p exhortationẽ qua exhor-
tamur et ipsi a deo. Quoniã si-
cut abundãt passiones xp̃i in
nobis· ita p ihesum xp̃m abun
dat consolatio nr̃a. Siue autẽ
tribulamur p vr̃a exhortatio-
ne et salute. Siue exhortamur
p nostra cõsolatione que ope-
ratur tolerantiã earundẽ pas-
sionũ quas ꝛ nos patimur· ut
spes nostra firma sit p vobis.
Sciẽtes quoniã sicut socij pas
sionũ estis· sic eritis et cõsola-
tionis. In xp̃o ihesu dño nr̃o.

Gloriosus deus in san- Grad·
ctis suis mirabilis in maiestate sua
faciens pdigia. v̇ Dextera tua dñe
glorificata est in virtutẽ dextera ma-
nus tua cõfregit inimicũ. Grad·

Vindica dñe sanguinẽ sanctorũ
tuoꝝ qui effusus est. v̇ Posuerunt
mortalia seruoꝝ tuoꝝ escas volatili
bus celi carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestijs
Ecce quã bonũ et quã Gr. terre.
iocundũ habitare fratres in vnũ. v̇
Sicut vngentũ in capite qđ descen-
dit in barbã barbã aaron. v̇ Man
dauit dominus benedictionẽ et vitã
vsqꝫ in seculum. Grad·

Iustoꝝ aie in manu dei sũt et non
tãget illos tormentũ malicie. v̇ Vi-
si sũt oculis insipientiũ mori illi aũt
Exultabũt sancti Gr. sũt in pace
in gl'a letabũtur in cubilibꝫ suis. v̇
Cantate dño canticũ nouũ laus ei⁹
in ecclesia sanctorum. Grad·

Clamauerũt iu sti et dñs exaudi-
uit eos et ex omnibꝫ tribulationibꝫ
eorũ liberauit eos. v̇ Iuxta [illegible] dñs
hijs qui tribulato sunt corde et humi
les spiritu saluabit. Grad·

Timete dñm om̃es sancti eius qm̃
nichil deest timentibꝫ eũ. v̇ Inqui-
rentes aũt dñm nõ deficiẽt omi bono
Anima nostra sicut passer Gr.
erepta est de laqueo venantiũ. v̇ La
queus cõtritus est et nos liberati su
mus adiutoriũ nostrũ in nomie dñi

All'a v̇ Le- qui fecit celũ ꝛ terrã
tamini in dño et exultate iusti et glo
riamini omnes recti corde.

All'a v̇ Sancti tui benedicent te
domine et gloriã regni tui dicent.

All'a v̇ Gaudete iusti in dño re-
ctos decet collaudatio.

All'a v̇ Mirabilis dñs deus no-
All'a v̇ Iu- ster in sanctis suis.
dicabũt sancti nacõnes ꝛ dñabũtur
pp̃lis et regnabit illoꝝ rex in eternũ.

All'a v̇ Fulgebũt iusti ꝛ tanquã
scintille in arũdineto discurrẽt ineter

All'a v̇ Iusti epulentur num.
et exultent in conspectu dei et delecten

All'a v̇ Lauda- tur in leticia.
te pueri dñm laudate nomen dñi.
v̇ Sit nomen dñi benedictũ ex hoc
nũc et vsqꝫ in seculum.

Alla ꝟ Justi exultent in ethere
cũ dño sol illis ultra nõ obscurabit.
Alla ꝟ Corpora sanctoꝝ in pace
sepulta sũt ⁊ viuẽt noĩa eoꝝ ineternũ
Alla ꝟ Hec est vera fraternitas
que vicit mundũ crimina xp̃m secu-
ta inclita tenet regna celestia.
Qui se- Tractus de martiribꝫ
minat in lacrimis in gaudio metẽt.
ꝟ Euntes ibant et flebãt mittentes
semina sua. ꝟ Venientes autẽ ve-
nient cũ exultatione portãtes mani-
pulos suos. Prosa O beata beato
rum martirũ. cclxviij. Secundũ
In illo tempore. lucam. xxj.
Dixit ihesus discipulis suis. Cũ
audieritis prelia et seditiones
nolite terreri. Oportet primũ
hec fieri: sed nondum statim fi-
nis. Tũc dicebat illis. Surget
gens cõtra gentẽ. et regnũ ad-
uersus regnum. et terremotus
magni erunt ꝑ loca: et pestilen-
tie et fames. Terrores de celo ⁊
signa magna erunt. Sed ante
hec omnia inicient vobis ma-
nus suas. et ꝑsequentur vos.
tradentes in synagogas et cu-
stodias. trahentes ad reges et
p̃sides ꝓpter nomen meũ. Con-
tinget autẽ vob in testimoniũ.
Ponite ergo in cordibꝫ vestris
nõ p̃meditari quẽadmodũ re-
spondeatis. Ego enim dabo vo
bis os et sapientiã. cui non po
terunt resistere et contradicere
omnes aduersarij vestri. Tra-
demini autẽ a parentibus ⁊ fra
tribus et cognatis et amicis et
morte afficient ex vobis. Et eri
tis odio oĩbꝫ hoĩbꝫ ꝓpter no
men meũ. et capillus de capite
vestro nõ peribit. In patientia
vr̃a possidebitis aĩas vestras.
In illo tp̃e. Scd̃m matheũ. x.
Dixit ihesus discipu. suis. Qui
amat patrẽ et matrem plus q̃
me: non est me dignus. Et qui
amat filiũ aut filiã sup me: nõ
est me dignus. Et qui nõ acci-
pit crucem suã et sequitur me.
non est me dignus. Qui enim
inuenit animã suã: ꝑdet eam.
Et qui ꝑdiderit animã suam
ꝓpter me: inueniet eã. Qui vos
recipit me recipit. et qui me reci
pit. recipit eũ qui me misit. Qui
recipit ꝓphetam in nomine pro
phete. mercedẽ ꝓphete accipiet.
et qui recipit iustũ in noĩe iusti
mercedem iusti accipiet. Et qui-
cũqꝫ potum dederit ex minimis
istis vni calicem aque frigide
tantũ in noĩe discipuli. amen
dico vobis: non ꝑdet mercedem
suam. Secundũ matheũ. x.
In illo tempore. Dixit ihe
sus discipulis suis. Ecce
ego mitto vos sicut oues ĩ me
dio lupoꝝ. Estote ergo pruden
tes sicut serpentes: et simplices
sicut columbe. Cauete autẽ ab
hominibus. Tradent eni vos
in cõcilijs ⁊ in synagogis suis

flagellabunt vos. Et ad reges et p̄sides ducemini propter me in testimoniū illis et gentibus Cum autē tradent vos· nolite cogitare quomō aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini· Non enī vos estis qui loquimini· sed spiritus patris vestri qui in vobis loquitur. Tradet autē frater fratrem ad mortē: et pater filiū· et insurgent filij in parentes: et morte afficient eos. Et eritis odio omnibꝫ hominibꝫ ꝓpter nomen meū. Qui autem p̄seueraverit vsqꝫ in finem hic saluus erit. Secundū lucam·x· In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Nichil enī opertū qd̄ non reueletur· et occultū qd̄ non sciatur. Qd̄ dico vobꝫ in tenebris: dicite in lumine· et qd̄ in aure auditis: predicate sup tecta. Et nolite timere eos qui occidūt corpus· animā autē non possunt occidere. Sed potius eū timete qui potest animā et corpus ꝑdere in gehēnam. Nōne duo passeres asse veneūt· et vnus ex illis nō cadet sup terrā sine patre vestro. Vestri autē capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere· multis passeribꝫ meliores estis vos. Omnis ergo qui cōfitebitur me corā hominibus· cōfitebor et ego eum coram patre meo. Scd̄m lucā·vi· In illo tempore. Descendens ihesus de monte: stetit in loco campestri et turba discipulorꝫ eiꝰ· et multitudo copiosa cū eo plebis ab om̄i iudea et iherusalē et maritima et tyri et sydonis qui venerāt ut audirent eum· et sanarentur a languoribꝫ suis. Et qui vexabantur a spiritibus immūdis curabātur. Et om̄is turba querebat eum tangere· quia virtus de illo exibat· et sanabat om̄es Et ip̄e eleuatis oculis in discipulos dicebat. Beati pauperes spiritu: quoniā vestrū est regnum dei. Beati qui nūc esuritis qꝛ saturabimini. Beati qui nūc fletis· quia ridebitis. Beati eritis: cū vos oderint homines et cū vos separauerint et exprobrauerint vos et eiecerint nomen vestrum tanquā malum ꝓpter filiū hominis. Gaudete et exultate in illa die. Ecce enim merces vr̄a multa est in celis.

Secundū matheum·v· In illo tempore. Videns ihesus turbas ascendit in mōtem. Et cū sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suū docebat eos dicēs Beati pauperes spiritu: quoniā ip̄orꝫ est regnū celorꝫ. Beati mites: quoniā ipsi possidebūt terrā. Beati qui esuriūt ⁊ sitiūt

iusticiā: quoniā ipsi saturabūtur. Beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiā cōsequentur. Beati mundo corde: quoniā ipsi deū videbūt. Beati pacifici: quoniā filij dei vocabūtur. Beati qui ꝑsecutionē patiuntur ꝓpter iusticiam: quoniā ipsoꝝ est regnum celoꝝ. Beati eritis: cū vos maledixerint homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum aduersū vos mentientes propter me. Gaudete et exultate: quoniā merces vr̄a copiosa est in celis. Secundū matheum x.

In illo tpe. Dixit ihesus disci. suis. Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere in terrā. Nō veni pacē mittere in terrā: sed gladium. Veni hominē separare aduersus patrē suū. et filiā aduersus matrē suā. et nurū aduersus socrum suam. ⁊ inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrē plus quā me: non est me dignus. Et qui amat filiū aut filiā sup me nō est me dignus. Et qui non accipit crucē suā et sequitur me non est me dignus. Qui inuenit animā suā: ꝑdet illā. Et qui ꝑdiderit animā suam ꝓpter me inueniet eam. Qui recipit vos: me recipit. Et qui me recipit: recipit eum qui me misit. Qui recipit ꝓphetam in nomine ꝓphete: mercedem ꝓphete recipiet. Et qui recipit iustum in noīe iusti. mercedem iusti accipiet. Et qui potum dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in nomine discipuli. amen dico vobis: non ꝑdet mercedem suā. Secundū lucam x.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Attendite a fermento phariseoꝝ: qd̄ est ypocrisis. Nichil autem opertū est qd̄ nō reueletur. neq; absconditū quod non sciatur. Quoniā que in tenebris dixistis: in lumine dicentur. Et qd̄ in aure locuti estis: in cubilibus ꝑdicabitur et in tectis. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab hijs qui occidūt corpus. ⁊ post hoc nō habent quid faciant. Ostendam autē vobis quē timeatis. timete eū qui postquā occiderit: habet potestatem mittere in gehennā. Ita dico vobis hūc timete. Nōne quinq; passeres veneūt dipondio. et vnus ex illis nō est in obliuione coram deo. Sed et capilli capitis vr̄i om̄es numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris vos estis. Dico autē vobis. om̄is qui cōfessus fuerit me corā hominibꝫ et filius hominis cōfitebitur illum corā angelis dei. Scdm lucā x.

In illo tēpore. Dixit ihesus dis-
suis. Qui vos audit me audit
et qui vos spernit me spernit.
Qui autē me spernit: spernit eū
qui me misit. Reversi sunt aūt
septuaginta duo cū gaudio di
centes. Dñe: etiā demonia subij
ciuntur nobis in nomine tuo.
Et ait illis. Videbam sathanā
sicut fulgur de celo cadentem.
Et ecce dedi vobis potestatē cal
candi sup serpentes et scorpio=
nes et sup omnē virtutē inimi=
ci· et nichil vobis nocebit. Ve=
rūtamen in hoc nolite gaude=
re: quia spiritus vobis subijci=
untur. Gaudete autē: quia no=
mina vestra scripta sunt in ce=
lis.

Secundū matheum· xxiiij

In illo tempore. Sedente
ihesu sup montē oliveti.
Accesserūt ad eū discipuli eius
secreto dicētes. Dic nobis quā=
do hec erunt et qd signū adve=
tus tui: et consummatio seculi.
Et respondens ihesus dixit eis:
Videte ne quis vos seducat.
Multi eni in nomine meo ve=
nient dicentes ego sum xp̄us.
et multos seducent. Audituri
enim estis prelia et opiniones
preliorum· videte ne turbemini.
Oportet enim primū hec fieri:
sed nondū finis. Cōsurget eni
gens cōtra gentem· ⁊ regnū in
regnum· et erūt pestilentie ⁊ fa=
mes· ⁊ terremotus p loca. Hec
autē omnia inicia sunt dolorū.
Tūc tradent vos in tribulacō
ne· et occidēt vos· ⁊ eritis odio
omnibꝫ gentibꝫ ꝑter nomen
meum. Et tūc scādalisabūtur
multi ⁊ invicē se tradent ⁊ odio
habebūt ad invicē. Et mlti pseu
do ꝓphete surgent et seducent
multos. Et qm supabundabit
iniqtas refrigescet caritas mul
torū. Qui autem pseveraverit
usqꝫ in finē hic salvus erit.

Scdm matheū· ix· et· x·

In illo tpe. Circuibat ihesus ci=
vitates ⁊ castella docens in sy=
nagoga eorū: ⁊ pdicans euāge
liū regni· et curās omnē lāguo
rem et omnē infirmitatē. Vi=
dens autē turbas: misertus est
eis· qz erāt vexati et iacentes si
cut oves nō habentes pastorē.
Tūc dicit discipulis suis. Mes
sis quidē multa: operarij autē
pauci. Rogate dñm messis ut
mittat operarios i messem suā
Et cōvocatis ihesus undecim
discipulis suis dedit illis pote=
statē spirituū immūdorū: ut eij=
cerent eos· ⁊ curarent omnem
languorē et omnē infirmitatē.

In illo tpe. Scdm marcū· xiij·

Egrediente ihesu de templo ait
illi unꝰ ex discipulis suis. Ma
gister aspice quales lapides et
quales structure. Et respondēs
ihesus ait illi. Vides has oēs
edificationes magnas· nō re=

229

linquetur lapis sup lapidē qui
nō destruatur. Et cū sederet in
monte oliuarū cōtra templū.
Interrogabat eum separatim
petrus iacobus ⁊ iohānes ⁊ an
dreas. Dic nob quādo ista fiāt
et qđ signū erit quādo hec om=
nia [illegible]ientur cōsummari. Et
respondens ihesus cepit dicere
eis. Uidete ne quis vos sedu=
cat. Multi enī venient in noīe
meo dicentes. Ego sum xp̄s: et
multos seducent. Cū autē au=
dieritis bella ⁊ opiniones bello
rū ne timueritis. Oportet enim
hec fieri: sed nondum finis. Ex
surget enī gens cōtra gentē. et
regnū supra regnū. et erūt ter=
remotus p loca ⁊ fames. initiū
dolorꝫ hec. Uidete autē vosinet
ipos. Tradent enī vos in cōci=
lijs: ⁊ in synagogis vapulabi=
tis. Et ante reges et p̄sides sta=
bitis ꝓpter me in testimoniū il=
lis. Et in oīes gentes oportet
primū p̄dicari euāgeliū. Et cū
duxerint vos tradentes. nolite
p̄cogitare qđ loquamī. sed qđ
datū fuerit vob in illa hora id
loquamini. Non enī estis vos
loquētes. sed sp̄us sāctus. Tra
det autē frater fratrē in mortē.
et pater filiū. et insurgēt filij in
parentes ⁊ morte afficient eos
Et eritis odio oībꝫ hoībꝫ ꝓpter
nomē meū. Qui autē sustinue
rit in finem hic saluus erit.

Letamini in dn̄o et exul= Offr̄
tate iusti ⁊ gloriamī oēs recti corde.
Confitebūtur celi mirabi= Offr̄
lia tua dn̄e et veritatē tuam in eccle=
sia sanctorꝫ alleluia alľa. Offr̄
Repleti sumus mane misericor=
dia tua exultabimꝰ et delectati sumꝰ
Gloriabūtur in te Offr̄ alľa.
oēs qui diligūt nomen tuū qm̄ tu
benedices iustis dn̄e ut scuto bone vo
lūtatis tue coronasti nos. Offr̄
Mirabilis deus in sanctis suis deꝰ
israhel ipse dabit virtutē et fortitu=
dinē plebis sue benedictus deꝰ israhel
Exultabūt sancti in Offr̄ alľa
glľa letabūtur in cubilibꝫ suis exulta
tiones dei in faucibus eorꝫ Offr̄
Anima nostra sicut passer erepta
est de laqueo venantiū laqueus con=
tritus est ⁊ nos liberati sumꝰ. Secr̄
Hec hostia qs̄ dn̄e solenni
ter immolanda ꝑ tuorꝫ cōme=
moratione sanctorꝫ ↄscientias
nostras emūdet ⁊ muniat sem=
per et protegat. Com̄.
Iustorꝫ anime in manu dei sūt et
nō tanget illos tormentū malicie vi
si sūt oculis insipientiū mori illi au=
tem sunt in pace. Com̄.
Posuerūt mortalia seruorꝫ tuorū
dn̄e escas volatilibꝫ celi carnes san=
ctorū tuorꝫ bestijs terre secundū ma=
gnitudinē brachij tui posside filios
Multitudo Cō. morti punitorꝫ.
languentiū et qui vexabātur a spiri
tibus immūdis veniebāt ad eū oēs
qꝛ virtus de illo exibat ⁊ sanabat oēs

Gaudete iusti in dño all'a. Com.
rectos decet collaudatio all'a. Com.
Dico autẽ vobis amicis meis ne
terreamini ab hijs qui vos ꝑsecũtur
Amen dico vobis ꝙ vni ex Com.
minimis meis fecistis michi fecistis
Venite benedicti patris Com.
mei possidete regnũ vobis paratũ ab
initio seculi. Com.
Et si corã hominibꝰ tormẽta passi sunt deus temptauit illos tanquã
aurũ in fornace probauit illos et sicut holocausta accipit eos. Com.
Quicũqz facit voluntatem patris
mei qui in celis est ipse meꝰ frater soror et mater est dicit dñs. Com.
Signa eos qui in me credũt hec sequẽtur. demonia eijcient. linguis loquẽtur nouis. sed egris manus imponent ⁊ bene habebũt. Com.
Anima nostra sicut passer erepta
est de laqueo venantiũ laqueus contritus est et nos liberati sumus.
Quod dico vobis in te- Com.
nebris dicite in lumine dicit dñs. et
quod in aure auditis predicate su-
Ego vos elegi Com. per tecta.
de mũdo ut eatis et fructũ afferatis
⁊ fructus vester maneat. Complẽ.
Celestis refecti sacramentis ⁊
gaudijs te dñe deprecamur. ut
quorũ gloriamur triũphis protegamur auxilijs. P dominũ.

De confessore Introitus.

Sacerdotes tui domine induant iusticiam et sancti tui exultent. ꝓpter dauid seruũ tuum non
auertas faciem xpi tui. ps. Memento domine dauid et omnis mansuetudinis eius. Introitus.

Statuit ei dominus testamẽtum pacis et principem fecit eum ut sit illi sacerdocij dignitas in eternũ. ps. Misericordias domini ineternũ cantabo. Introitꝰ.

Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudiciũ lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantibus neqz zelaueris facientes iniquitatẽ.

Sacerdotes dei Introitus.
benedicite dñm sancti et humiles corde laudate deũ. ps. Benedicite omnia opa dñi dño laudate et superexaltate eũ in secula. Intro.

Sacerdotes eius induãt salutare et sancti eius exultatione exultabũt. ps. Memento dñe dauid et omis mansuetudinis eius.

In medio eccle Introitꝰ.
sie aperuit os eius et impleuit eũ dñs spiritu sapiẽtie et intellectus stola glorie induit eũ. ps. Bonũ est confiteri domino et psallere nomini tuo altissime. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui es sanctorũ tuorũ splendor mirabilis. quiqz hodie beatum N. confessorẽ tuũ atqz pontificem eterne beatitudinis gloria sublimasti. concede ꝓpicius: ut cuiꝰ merita veneramur in terris intercessionis eius auxilio apud tuam misericordiã mu-

niamur in celis. De cõfessore

[S]Acerdo nõ pontifice Orõ.

Da quesumus
dñe p̄cibꝫ nr̄is: q̄s in san
cti. N. cõfessoris tui cõmemo
ratione deferimus: ut qui iusti
cie nr̄e fiduciā nõ habemꝰ eius
qui tibi placuerit meritis et p̄
cibus adiuuemur. Per. Ad hebreos.

[F]Ratres. Omnis põtifex ex
hominibꝫ assumptus pro
hominibꝫ ↄstituitur in hijs q̄ sũt
ad deũ. ut offerat dona ꝛ sacri
ficia p peccatis. Qui ↄdolere pos
sit hijs q̄ ignorãt ꝛ errãt. Quõ
et ipse circũdatus est infirmita
te. Et ꝓpterea debet quẽadmo
dũ p ꝓplo, ita etiã p semetipso
offerre p pc̄tis. Nec quisquã su
mat sibi honorẽ: sed qui vocat
a deo tanq̄ꝫ aaron. Sic ꝛ xp̄us
non semetipsũ clarificauit ut
põtifex fieret. sed qui locutꝰ est
ad eũ filiꝰ meus es tu: ego ho
die genui te. Quemadmodũ ꝛ
in alio loco dicit. Tu es sacer
dos ineternũ scđm ordinẽ mel
chisedech. Lc̄o libri sapie. xliiij.

[E]Cce sacerdos magnꝰ qui
in diebꝫ suis placuit deo
et inuentus est iustus. ꝛ in tem
pore iracũdie factus est recon
ciliatio. Nõ est inuentꝰ similis
illi qui ↄseruaret legem excelsi.
Ideo iureiurando fecit illũ dñs
crescere in plebem suam. Bene
dictõnẽ oim gentiũ dedit illi: ꝛ
testamentũ ↄfirmauit sup ca
put eius. Cognouit eũ in bene
dictionibꝫ suis: et cõseruauit il
li miscďiam suã. ꝛ inuenit gra
tiam coram oculis dñi. Mag
nificauit eũ in conspectu regũ: ꝛ
dedit illi coronã glorie. Statuit
illi testamẽtũ eternũ: et dedit il
li sacerdotiũ magnũ: et beatifi
cauit illũ in gloria fungi sacer
dotio. et habere laudẽ in nomi
ne ipsius. et offerre illi incensũ
dignũ in odorẽ suauitatis.

Lectio libri sapientie. v.

[E]Cce sacerdos magnꝰ qui
in vita sua suffulsit do
mũ. et diebꝫ suis corroborauit
templũ. Templi etiã altitudo
ab ipso fundata est. duplex e
dificatio: et excelsi parietes tẽ
pli. In diebꝫ ipsius emanaue
runt putei aquarũ. ꝛ quasi ma
re adimpleti sunt supra modũ
Qui curauit gentẽ suã: et libe
rauit eam a pernicie. Qui pre
ualuit amplificare ciuitatem.
Qui adeptus est gloriã in con
uersatione gentis: et igressum
domus atrij amplificatus est.
Quasi stella matutina in me
dio nebule. et quasi luna ple
na in diebus suis lucet. ꝛ qua
si sol refulgẽs sic ille refulsit in
templo dei. Quasi arcus reful
gẽs inter nebulas glẽ. ꝛ quasi
flos rosarũ in diebus verni. et

quasi lilia que sunt in transitu
aque· et quasi thus redolēs in
odore suauitatis. Ad thymo-
theum·ij·thymo·iiij·
Karissime. Testificor corā
deo in xp̄o ihesu: qui iudicatu-
rus est viuos et mortuos p ad
uentū ipi9 ⁊ regnū eius. Predi
ca verbū· insta oportune impor
tune argue obsecra increpa in
omi patientia ⁊ doctrina. Erit
eni tēpus cū sanā doctrinā nō
sustinebunt: sed ad sua deside-
ria coacervabūt sibi magistros
prurientes auribꝫ· et a verita-
te quidē auditū auertēt: ad fa-
bulas autē cōuertentur. Tu er
go vigila in omnibus labora·
opus fac euāgeliste imple mi-
nisteriū tuū. Sobrius esto. Ego
eni iam delibor tempus resolu-
tionis mee instat. Bonū certa
men certaui cursū cōsummaui
fidem seruaui. De reliquo rep
sita ē michi corona iusticie quā
reddet michi dn̄s in illa die iu-
stus iudex. Nō solū autē michi
sed et hijs qui diligūt aduen-
tum eius. Ad hebreos·vij·
Fratres. Plures facti sūt
sacerdotes secundū legē.
Idcirco q morte phiberent p-
manere. Jhesus autē eo q ma
neat ineternū sempiternū ha-
bet sacerdotiū. Unde imppetuū
saluare potest accedens p semet
ipsum ad deū semp viuens ad
interpellandū p nobis. Talis
eni decebat ut nobis esset ponti
fex sanctus innocens impollu-
tus segregatus a peccatoribus
et excelsior factus est in celis.
Qui nō habet quotidie necessi-
tatem quēadmodū sacerdotes
prius pro delictis suis hostias
offerre· deinde pro populo. Hoc
eni fecit semel se offerendo. Dn̄s
noster ihesus xp̄us. Lectio li-
bri sapientie·xlvij·et·xxiiij·
Dedit dn̄s cōfessionē san
cto suo et excelso in ver-
bo glorie· de omni corde suo lau
dauit dn̄m· et dilexit deū qui fe
cit nos. Dedit illi cōtra inimi-
cos potentiā· ⁊ stare fecit canto
res cōtra altare· et in sono eoꝝ
dulces fecit modos. Et dedit in
celebrationibꝫ decus· ⁊ ornauit
tempora vsqꝫ ad cōsumationē
vite. Cristus purgauit peccata
ipi9· et exaltauit in eternū cor-
nu ipius. Sapientia laudabit
animā suā: et in dn̄o honorifi-
cabit· ⁊ in medio populi sui glo
rificabit· et in ecclesijs altissimi
aperiet os suū· et in cōspectu vir
tutis illius gloriabitur. In me
dio populi laudabitur: et in ple
nitudine sancta ānirabitur· et
in multitudine electoꝝ habebit
laudem· et inter benedictos be-
nedicetur. Lectio libri sapiētie.
Dilectus deo et hominibꝫ
cuius memoria in bene-

dictione est. Simile fecit illum
dñs in glõa sanctorꝫ· ⁊ magnifi
cauit eū in timore inimicorꝫ· et
in verbis suis mōstra placauit
Glorificauit illū in cōspectu re
gū· et iussit illi coronā ꝓpli sui· ⁊
ostendit illi gloriā suā. In fide
et lenitate ipsius sanctū fecit il
lū· et elegit eū ex omni carne. Au
diuit enī vocē ipsius· et induxit
illum in nube· et dedit illi cor ad
p̄cepta· et legē vite ⁊ discipline.

Lectio libri ecclesiastici· xxiiij·

Rigabo ortū plantatio
num· ⁊ inebriabo partus
mei fructus. Et ecce factus est
michi trames abundās· et flu
uius meus appropiquabit ad
mare. Quoniā doctrinā quasi
ante lucanū ipiꝰ illumino om
nibꝫ· ⁊ enarrabo illā vsqꝫ in lō
ginquū. Penetrabo om̄es infe
riores ptes terre· ⁊ inspiciā oēs
dormiētes· et illuminabo om̄es
sperātes in dño. Adhuc doctri
nā quasi ꝓphetā effundā· et re
linquā illā querentibꝫ sapien
tiā· ⁊ nō desinā in ꝓgenies eorꝫ
vsqꝫ in euū sanctū. Uidete qm̄
nō solum michi laboraui: sed et
om̄ibꝫ exquirentibꝫ veritatē in
hijs placitū est spiritui meo q̄
sunt ꝓbata corā deo et homini
bus· cōcordia fratrum et amor
proximorꝫ. Lēo libri sapiētie· vij·

Optaui et datus est michi
sensus· inuocaui ⁊ venit
in me spūs sapientie· et ꝓposui
illā regnis ⁊ sedibꝫ. Et diuicias
nichil esse dixi in cōparatione
illius. Nō cōparaui illi lapidem
p̄ciosam qm̄ om̄e aurū in cōpa
ratōne illius arena est exigua:
et tanqꝫ lutū estimabit̄ argen
tū in ꝯspectu illius. Sup salutē
et omnē speciē dilexi eā· ⁊ ꝓposui
ꝓ luce habere illā q̄ȝ inextingui
bile est lumen illius. Venerūt
autē michi oīa bona pariter cū
illa· ⁊ innumerabilis honestas
ꝑ manus illiꝰ. Et letatus sum
in omnibꝫ· qm̄ antecedebat me
ista sapientia· et ignorabā qm̄
oīm mater est· quā sine fictio
ne didici· et sine inuidia cōmu
nico bonis illius· ⁊ honestatē il
lius nō abscōdo. Infinitus enī
thesaurus est hoībus quo vsi
sūt ꝑticipes facti sūt amicicie dei

Ad hebreos· xiij·

Fratres Doctrinis varijs et pere
grinis nolite abduci. Optimū
est enī gratia stabilire cor· non
escis que nō ꝓfuerūt. Ambulā
tibus in eis habemus altare de
quo edere nō habēt potestatem
qui tabernaculo non deseruiūt.
Quorꝫ enī aīaliū infertur san
guis ꝓ peccatis in sancta ꝑ pon
tificem· horū corpora cremātur
extra castra. Propter qđ ⁊ ihe
sus ut sanctificaret ꝑ sangui
nem suū populū· extra portam
passus est. Exeamus igitur ad

eum extra castra improperium eius portantes. Nō habem⁹ hic manentē ciuitatē sed futurā inquirimus. Per ipm̄ ergo offeramus hostias laudis semper deo id est fructū labiorꝫ cōfitentiū nomini eius. Beneficentie autē et cōionis nolite obliuisci Talibꝫ eni hostijs ꝓmeret̄ deo.

Ecce sacerdos magnus Grad. qui in diebꝫ suis placuit deo. ṽ Nō est inuētus similis illi qui cōseruaret legē excelsi.

Iurauit dn̄s Grad. et non penitebit eū tu es sacerdos in eternū scḋm ordinē melchisedech. ṽ Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis.

Inueni dauid Grad. seruū meū oleo sancto meo vnxi eū. manus enim mea auxiliabitur ei et brachiū meum confortabit eum. ṽ Nichil ꝓficiet inimicus in eo ꝛ filius iniquitatis nō nocebit eū. Grad.

Os iusti meditabitur sapientiā. et lingua eius loquetur iudiciū. ṽ Lex dei in corde ipsius et nō supplantabūtur gressus eius. Grad.

Sacerdotes eius induāt salutare et sancti eius exultatione exultabūt ṽ Illuc producā cornu dauid parāui lucernam xp̄o meo.

Alleluia ṽ Iurauit dn̄s et non penitebit eū tu es sacerdos in eternū secundū ordinem melchisedech.

All'a ṽ Inueni dauid seruum meū oleo sancto meo vnxi eum.

Alleluia ṽ Iste est qui ante deū magnas virtutes operatus est et omnis terra doctrina eius repleta est.

All'a ṽ Iustum deduxit dn̄s per vias rectas et ostēdit illi regnū dei.

All'a ṽ Elegit te dn̄s sibi in sacerdotē magnū in populo suo.

All'a ṽ Iste est sanct⁹ hō qui placuit dn̄o deo in diebꝫ suis et in tēplo

All'a ṽ Iste dei tui sol refulsit. sanctus digne in memoriā vertitur hoīm qui ad gaudia trāsit angelorꝫ

Beatus vir qui timet Tractus dn̄m in mādatis eius cupit nimis. ṽ Potens in terra erit semen ei⁹ generatio rectorꝫ benedicetur. Gloria et diuitie in domo eius et iusticia eius manet in seculū seculi. Prosa de cōfessore et pontifice Ad laudes saluato. cclxviij. De simplici cōfessore Dilectus deo. cclxix.

In illo tpe. Dixit S. lucā. xij. ihs disci. suis. Sint lūbi vr̄i p̄cincti et lucerne ardētes in manibus vr̄is. Et vos sil'es hoībꝫ expectantibꝫ dn̄m suū quādo reuertat̄ a nuptijs. vt cū venerit et pulsauerit ɔfestī aperiēt ei. beati serui illi quos cū venerit dn̄s inuenerit vigilātes. Amē dico vob̄ q̄ p̄cinget se ꝛ faciet illos discūbere ꝛ trāsiēs ministrabit ill'. Et si venerit i scḋa vigilia et si in tercia vigilia venerit ꝛ ita inuenerit. beati sūt serui illi. Hoc aūt scitote qm̄ si sciret p̄r familias q̄ hora fur veniret vigilaret vtiqꝫ et nō sineret pfodi domū suā. ideo ꝛ vos estote pati q̄

qua hora nõ putatis filius ho
minis veniet. Ait aũt ei petrus
Dñe ad nos dicis hãc parabo
lam: an ad oẽs? Dixit aũt dñs
Quis putas est fidelis dispensa
tor ⁊ prudẽs: quẽ cõstituit dñs
sup familiã suã ut det illis in tẽ
pore tritici mensurã. Beatus
est ille seruus: quẽ cum venerit
dominus inuenerit sic facientẽ
Amen dico vobis qꝛ sup oĩa
q̃ possidet cõstituet eũ. Scdm
In illo tpe. matheum. xxiiij.
Dixit ihesus dis. suis. Vigila-
te quia nescitis qua hora dñs
vester venturus sit. Illud aũt
scitote: quoniã si sciret paterfa
milias qua hora fur venturus
sit vigilaret vtiq̃ et nõ sineret
pfodi domũ suã. Ideo et vos
estote parati: qꝛ qua hora non
putatis filius hominis ventu
rus est. Quis putas est fidelis
seruus et prudens quẽ cõstituit
dñs sup familiã suã: ut det illis
in tempore cibũ. Beatus ille ser
uus quẽ cũ venerit dñs inue-
nerit sic facientẽ. Amẽ dico vo
bis: qm̃ sup oĩa bona sua cõ-
stituet eũ. Scdm matheũ. xxv.
In illo tpe. Dixit ihũs dis
suis parabolã hanc. Ho-
mo quidã peregre pficiscẽs vo-
cauit seruos suos ⁊ tradidit il-
lis bona sua. et vni dedit quiq̃
talenta. alij aũt duo. alij vero
vnũ. vnicuiq̃ scdm ppriã vir-
tutẽ. et pfectus est statim. Abij-
autẽ qui quinq̃ talenta accepe
rat et operatus est in eis: et lu-
cratus est alia quiq̃. silr̃ et qui
duo acceperat lucratus est alia
duo. Qui autẽ vnũ acceperat:
abiens fodit in terrã ⁊ abscon
dit pecuniã dñi sui. Post mul-
tũ vero tẽporis venit dñs ser-
uoꝝ suorũ et posuit rationẽ cũ
eis. Et accedens qui quinq̃ ta-
lenta acceperat: obtulit ei alia
quinq̃ talenta dicens. Dñe ta
lenta quiq̃ tradidisti michi: et
alia quinq̃ superlucratus sum.
Ait illi dñs. Euge serue bone et
fidelis: quia sup pauca fuisti fi-
delis supra multa te constituã
intra in gaudiũ dñi tui. Acces-
sit autẽ et qui duo talenta ac-
ceperat. et ait. Dñe duo talẽta
tradidisti michi. ecce alia duo
superlucratus sum. Ait illi dñs
eius. Euge serue bone et fidelis
quia supra pauca fuisti fidelis
supra multa te constituã intra
in gaudiũ dñi tui. Scdm lucã
In illo tpe. Dixit. i. d. s. parabo-
lam hãc. Homo quidã nobilis
abijt in regionẽ longinquã ac-
cipere sibi regnũ et reuerti. Vo-
catis autẽ decẽ seruis suis. dedit
illis decem mnas. et ait ad illos
Negociamini dũ venio. Ciues
autẽ eius oderũt illũ ⁊ miserũt
legationẽ post illũ dicẽtes. No-
lumus hunc regnare sup nos.

Et factum est ut rediret accep-
to regno: iussit vocare seruos
suos quibz dedit pecuniã suam
ut sciret quãtũ quisqz negocia
tus esset. Venit aũt primus di
cens. Dñe mna tua decẽ mnas
acquisiuit. Et ait illi. Euge ser
ue bone et fidelis qꝛ in modico
fuisti fidelis. eris potestatem ha
bens supra decem ciuitates. Et
alter venit dicens. Dñe: mna
tua fecit quinqz mnas. Et huic
ait. Et tu esto supra quĩqz ciui
tates. Et alter venit dicẽs Do
mine: ecce mna tua quã habui
repositã in sudario · timui enĩ
te quia homo austerus es: tol
lis qđ non posuisti · et metis qđ
nõ seminasti. Dicit ei. De ore
tuo te iudico serue nequã. Sci
ebas enĩ ꝙ ego homo auster9
sum tollẽs qđ non posui: et me
tens qđ non seminaui Et q̃re
nõ dedisti pecuniã meam ad mẽ
sam et ego veniens cũ vsuris·
vtiqz exegissem illã Et astanti
bus dixit Auferte ab illo mnã
et date illi qui decẽ mnas habet
Et dixerunt ei Domine decem
mnas habet. Dico aũt vob ꝙ
omni habenti dabitur et abun
dabit · ab eo aũt qui non habet
et id quod habet auferetur ab
eo. Scđm lucam · xj

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis Nemo ac
cendit lucernã ⁊ in abscondito
ponit neqz sub modio · sed sup
candelabrũ: ut qui ingrediunt
lumen videãt. Lucerna corpo
ris tui est oculus tuus. Si ocu
lus tu9 fuerit simplex: totũ cor
pus tuũ lucidũ erit. Si aũt ne-
quã fuerit: etiã totũ corp9 tuũ
tenebrosum erit. Vide ergo ne
lumen qđ in te est tenebre sint
Si ergo corpus tuũ lucidũ fu-
erit: nõ habens aliquã partẽ te
nebrarũ: erit lucidũ totũ Et si
cut lucerna fulgoris illumina-
bit te. Scđm matheũ · v ·

In illo tpe. Dixit ihũs discipu-
lis suis. Vos estis sal terre · qđ
si sal euanuerit in quo salietur
ad nichilum valet vltra nisi ut
mittat foras et conculcetur ab
hoĩbus. Vos estis lux mundi·
nõ potest ciuitas abscõdi supra
montẽ posita · neqz accendunt
lucernã ⁊ ponũt eã sub modio
sed sup candelabrum: ut luceat
omĩbz qui in domo sũt. Sic lu-
ceat lux vestra corã hominibz ut
videãt opa vestra bona et glo
rificẽt patrẽ vrm q̃ in celis est.

Veritas mea et mise- Offr.
ricordia mea cum ipso et in nomine
meo exaltabitur cornu eius. Offr.

Inueni dauid seruũ meũ et oleo
sancto meo vnxi eũ · manus enĩ mea
auxiliabitur ei ⁊ brachiũ meũ cõfor
tabit eũ. Offr.

Desideriũ anime eius tribuisti ei
domine et voluntate labiorum eius

non fraudasti eum posuisti in capite eius coronã de lapide precioso.

Sancti .N. cõfesso- Secretũ. ris tui atqȝ pontificis q̃s domine veneranda solẽnitas pietati tue reddat acceptũ sacrificiũ ut ꝑ hanc salutarem hostiã ꝛ veniã ꝯsequamur ꝛ grã.

De confessore et non pontifice

Sancti .N. confes- Secretũ. soris tui q̃s domine pia nobis non desit oratio: que munera nostra tibi conciliet ꝛ tuam nobis ĩdulgentiã sp̄ obtineat.

Beatus seruus quẽ cum Com. venerit dominus inuenerit vigilantem amen dico vobis sup oĩa bona sua constituet eũ. Com.

Domine quinqȝ talenta tradidisti michi ecce alia quinqȝ superlucratus sum. euge serue bone et fidelis qꝛ in pauca fuisti fidelis supra multa te cõstituã intra in gaudiũ dñi tui.

Fidelis seruus et prudẽs Com. quẽ cõstituit dñs supra familiã suã ut det illis in tp̄e tritici mensuram.

Semel iuraui in sancto Com. meo semen eius in benedictione erit et thronus eius sicut sol in conspectu meo. et sicut luna perfecta et fidelis testis in celis. Complenda.

Beati .N. cõfessoris tui atqȝ pontificis dñe precibus confidẽtes q̃s clementiã tuam ut per ea que sumpsimus eterna gaudia ꝯsequamur. P. De cõfessore non pontifice Complenda.

Refecti dñe benedictione solenni: q̃s ut per intercessionẽ sancti confessoris tui .N. medicina sacramenti ꝛ corpibꝫ prosit ꝛ mentibꝫ. De pluribꝫ cõfessoribꝫ Intro Sacerdotes .ccxix.

Presta q̃s oĩs deus: ut Orõ. sic nos ꝯfessorũ tuorũ .N. ꝛ .N. natalicia celebrãtes nõ deserũt ita iugiter suffragijs comitentur. Lc̄o libri sapientie.

Spiritus timentiũ dñm q̄ritur: ꝛ in respectu illius benedicit. Spes eni in salutem: et oculi dñi diligentes se. Qui timet dñm nichil trepidabit. et nõ pauebit q̄m ipse spes eius est. Timentiũ dñm btã est aĩa ad quẽ respiciet ꝛ que fortitudo eius. Oculi dñi sup metuẽtes eũ: protector potentie firmamẽtũ virtutis. tegmen ardoris vmbraculũ meridianũ: et p̄uaricatio offensiõis adiutoriũ casus exaltans aĩam et illuminãs oculos. dans salutem vite ꝛ benedictõnẽ. Gr. Sacerdotes tui. ccxix. Euãge. Sint lumbi vr̃i ccxx. Offr. Exultabũt sancti. ccxviij.

Munera plebis tue q̃s Secr. dñe scõrũ tuorũ fiãt gratu suffragijs et p quorũ cõmemoratione tuo noĩ offerũtur. ipsorũ digna efficiãtur ꝛ meritis. Cõ.

Dico vobis amicis meis ne terreamini ab hijs qui vos ꝑsequũtur

Natalicijs sanctoꝝ. Cōpleñ tuoꝝ ꝛ sacramēti tui dñe munere vegetati. q̄s: ut bonis quibus nunc fouemur pfruamur eternis. Per dn. De virgine et martire Introitus.

Gaudeamus om̄es in dño diē festū celebrantes in honore N. virginis de cuius passione gaudent angeli ꝛ collaudāt filiū dei. ps Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opera mea regi. Introitus

Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē, ppterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibꝰ tuis. ps Eructauit cor meū verbū.

Loquebar de Introitus testimonijs tuis in conspectu regū et nō cōfundebar et meditabar in mādatis tuis que dilexi nimis. ps Beati immaculati in via qui ambulāt in lege dñi. Introitus

Me expectauerūt peccatores ut perderent me testimonia tua dñe intellexi omnis cōsummationis vidi finē latū mandatū tuū nimis. ps Beati immaculati. Intro.

Vultum tuū depcabūtur omnes diuites plebis adducentur regi virgines post eā, pxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opa mea regi. Introitus

Cognoui domine quia equitas iudicia tua et in virtute tūa humiliasti me cōfige timori tuo carnes meas a mādatis tuis nō me expellas. ps Beati immaculati.

Deus qui nos Oratio hodie N. virginis ꝛ martiris tue ānua solēnitate letificas. cōcede, ppicius: ut eius adiuuemur meritis cuius castitatis irradiamur exemplis. Alia de virgine et nō martire.

Indulgentiā nobi dñe q̄s beata N. virgo imploret. que tibi grata semp extitit et merito castitatis et tue, pfessione virtutis. Ad corinthios.

Fratres. De virginibꝰ p̄ceptū dñi nō habeo. cōsiliū autē do tanq̄ꝫ misericordiā consecutus a deo: ut sim fidelis. Existimo autē hoc bonum esse pter instantē necessitatē. q̄ꝛ bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori. noli querere solutionē. Solutus es ab vxore. noli querere vxorem. Si autē acceperis vxorē nō peccasti. Et si nupserit virgo nō peccauit. Tribulationē tamē carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaq̄ꝫ dico fratres. Tempus breue est. Reliquū est vt qui habent vxores sint tanquā non habentes. et qui flent tanquā nō flentes. et qui gaudent tanquā nō gaudentes. et qui emūt tanquā nō possidentes. Et qui vtuntur hoc modo tanquam non vtantur. Preterijt enim figura huius mundi.

Volo autẽ vos sine sollicitu=
ne esse. Qui autẽ sine vxore est
sollicitus est que dñi sunt quo
modo placeat deo. Qui autẽ cũ
vxore sollicitus est que sũt mũ
di quomõ placeat vxori et diui
sus ẽ. Et mulier innupta ⁊ vir=
go cogitat que dñi sunt: ut sit
sancta corpe et spiritu. In xpõ
ihesu dño nostro. Lectio libri
sapientie · ecclesiastici · li ·
Confitebor tibi dñe rex et
collaudabo te deũ saluatorem
meũ. Cõfitebor nomini tuo ma
gno: quoniã adiutor et ptector
factus es michi · et liberasti cor
meũ a pditione a laqueo ligue
inique: ⁊ a labijs operantiũ mẽ=
daciũ. Et in cõspectu astantiũ
factus es michi adiutor. Et li=
berasti me secundũ multitudi=
nẽ misericordie nois tui a rugi
entibꝫ p̃paratis ad escã · de ma=
nibus querentiũ animã meã.
Et de multis tribulationibꝫ q̃
circũdederũt me · et a p̃ssura flã=
me que circũdedit me · et in me=
dio ignis nõ sum estuata de al=
titudine ventris inferi · ⁊ a lin=
gua coinquinata ⁊ a verbo mẽ
dacij · a rege iniquo: ⁊ a lingua
iniusta liberasti me · laudabit
vsqꝫ ad mortẽ anima mea do=
minũ · ⁊ vita mea appropiquãs
erat in inferno deorsum. Circũ=
dederũt me vndiqꝫ · et non erat
qui adiuuaret. Respiciẽs eram
adiutoriũ hominũ ⁊ non erat.
Memorata sum misericordie
tue dñe · et cooperationis tue q̃
a seculo sunt · quoniã erimus
sustinentes te et liberas eos de
manu odientiũ. Dñe deus nr̃.
Lcõ libri sapientie · ecclc · xxiiij ·
Sapientia laudabit ani
mã suã · ⁊ in dño ho no=
rabit̃ ⁊ in medio populi sui glo
riabitur · et in ecclesijs altissimi
aperiet os suũ · ⁊ in cõspectu vir
tutis illius gloriabit̃ · et in me=
dio populi sui exaltabitur · ⁊ in
plenitudine sancta ãmirabit̃.
Et in multitudine electorũ ha=
bebit laudẽ · et inter benedictos
benedicetur dicens. Ego ex ore
altissimi prodiui primogenita
ante omnẽ creaturã. Ego qua
si libanus nõ inscisus vapora=
ui habitationẽ meam · et quasi
balsamũ nõ mixtũ odor meus.
Ego quasi therebintus exten=
di ramos meos · ⁊ rami mei ho
noris et gratie. Lectio libri sa
Sapientia pientie · vij ·
vincit maliciã · attingit
ergo a fine vsqꝫ ad finem forti
ter et disponit omnia suauiter ·
hanc amaui et exquisiui a iu=
uentute mea. Et quesiui michi
sponsam assumere · et amator
factus sum forme illius. Gene
rositatem illius glorificat con
tubernium habens dei · sed et
omnium dominus dilexit eam

Doctrix est eni discipline dei.

Ad corinthios .ij. corinth .xj.

Fratres. Qui gloriatur in dño glorietur. Nõ eni qui cõmendat ille ꝓbatus est. sed quẽ deus cõmendat. Utinã sustineretis modicũ quid insipientie mee. sed et supportate me. Emulor eni vos dei emulatione. Despondi eni vos vni viro virginẽ castã exhibere xp̃o.

Lectio libri sapientie. eccle. .li.

Domine deus meus exaltasti sup terrã habitationem meã. Et ꝓ morte defluenti deprecata sum. Inuocaui dñm patrẽ domini mei: ut non derelinquat me in die tribulacõnis mee. In tempore superborũ sine adiutorio laudabo nomen tuũ assidue. et collaudabo illud in cõfessione: et exaudita est oratio mea. Liberasti me a pditione. et eripuisti me de tempore iniquo. propterea cõfitebor ꝛ laudem dicã tibi. et benedicam nomini tuo dñe deus noster.

Lectio libri sapiẽtie. eccle. .xxvj.

Gratia mulieris sedule delectabit virũ suũ: et ossa illius impinguabit. Disciplina illi⁹ data est ei. Mulier sensata et tacita non est immutatio erudite anime. Gratia sup gratiã mulier sancta et pudorata. Oĩnis autem ponderatio nõ est digna cõtinentis anime. Sic sol oriens mũdo in altissimis dei. sic mulieris bone species in ornamentũ domus sue. Lucerna splendens sup candelabrum sanctũ: ꝛ quatuor species faciei sup etatẽ stabilem. Colũna aurea sup bases argenteas et pedes firmi super plantas. Stabilitas mulieris fundamẽta eterna supra petrã solidatã Et mandata dei in corde mulieris sancte. Grad.

Dilexisti iusticiã et odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Grad.

Diffusa est gratia in labijs tuis ꝓpterea benedixit te deus in eternũ. ℣. Propter veritatẽ et mansuetudinem et iusticiã et deducet te mirabiliter dextera tua. Grad.

Propter veritatẽ ꝛ mansuetudinẽ et iusticiã ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia cõcupiuit rex speciem tuam. Grad.

Adiuuabit eã deus vultu suo de⁹ in medio eius non cõmouebitur. ℣. Specie tua et pulcritudine tuã intẽde prospere. pcede et regna. Grad.

Specie tua ꝛ pulcritudine tua intende. ꝓspere. pcede et regna. ℣. Propter veritatẽ ꝛ mãsuetudinẽ ꝛ iusticiã et deducet te mirabiliter dextera tua.

Al'a ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ꝓpterea benedixit te deus in eternũ. Al'a ℣. Iuuenta vna p̃ciosa margarita dedit oĩa

sua negociatori et cōparauit eam.

Alleluia ℣ Egregia sponsa xp̄i implora p nob ad dn̄m ihesū xp̄m.

All'a ℣ Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbrijs aureis.

All'a ℣ Adducentur regi virgines post eā proxime eius offerentur

All'a ℣ Specie tibi in leticia. tua et pulcritudine tua intende prospere pcede et regna. De virgine.

All'a ℣ Emulor eni vos dei emulatione despondi vos vni viro virginem castam exhibere deo cristo.

All'a ℣ Vultū tuū deprecabūtur om̄es diuites plebis filie regū in ho

All'a ℣ Adorabo ad nōe tuo. tēplū sanctū tuū ⁊ cōfitebor nōi tuo.

Audi filia et vide et Tractus inclina aurē tuā q̄r cōcupiuit rex speciem tuā. ℣ Vultū tuū deprecabūtur omnes diuites plebis filie regum in honore tuo. ℣ Adducētur regi virgines post eā proxime eius offerentur tibi. ℣ Adducentur in leticia et exultatione adducētur in templū regis. Prosa Exultēt filie syon in rege. cclxix. Scd̄m matheū. xxv.

In illo tēpore. Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc Simile est regnū celorū decē virginibꝫ. que accipientes lampades suas: exierūt obuiā sponso et sponse. Quinqꝫ autem ex eis erant fatue. et quinqꝫ prudentes. Sed quinqꝫ fatue acceptis lampadibus: non sumpserūt oleum secum. Prudentes vero acceperūt oleū in vasis suis cū lampadibus. Moram autē faciente sponso: dormitauerūt omnes et dormierūt. Media autē nocte clamor factus ē: ecce sponsus venit exite obuiā ei. Tunc surrexerūt omnes virgines ille ⁊ ornauerūt lampades suas Fatue autem sapientibꝫ dixerunt. Date nobis de oleo vr̄o: quia lampades nr̄e extinguūtur. Responderūt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis ⁊ vob. ite potius ad vendentes et emite vobis. Dū autē irent emere venit sponsus: et que parate erant intrauerunt cū eo ad nuptias. et clausa est ianua. Nouissime vero venerūt et relique virgines dicētes. Domine dn̄e: aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico vobis. nescio vos. Vigilate itaqꝫ quia nescitis diem neqꝫ horā.

Scd̄m matheum. xiij.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis parabolā hanc Simile est regnū celorū thesauro abscondito in agro quē qui inuenit homo abscondit: ⁊ pre gaudio illius vadit et vendit vniuersa q̄ habet et emit agrū illū. Iterū simile est regnū celorū homini negociatori querenti bonas margaritas. Inuēta autem vna p̄ciosa margarita: abijt ⁊ vēdidit oīa que habuit

et emit eam. Iterum simile est regnū celoꝝ sagene misse i mare· et ex omni genere piscīū congregāti. Quā cū impleta esset educentes et secus littus sedentes· elegerūt bonos i vasa sua: malos autē foras miserūt. Sic erit in cōsūmatione seculi. Exibūt angeli et separabūt malos de medio iustoꝝ· et mittent eos in caminū ignis· ibi erit fletus et stridor dentiū. Intellexistis hec oīa. Dicūt ei. Etiā. Ait illis. Ideo oīs scriba doctus in regno celoꝝ silis est homini patrifamilias qui pfert de thesauro suo noua et vetera. Scđm marcum· xij

In illo tpe. Sedens ihesus cōtra gazophilaciū· aspiciebat quomodo turba iaceret es in gazophilaciū. Et multi diuites iactabāt multa. Cum venisset autē vna vidua pauper: misit duo minuta qđ est quadrās. Et cōuocās discipulos suos ait illis. Amen dico vob: quoniā vidua hec pauper plus oībz misit qui miserunt in gazophilaciū. Oēs enī ex eo qđ abundabat illis miserunt· hec vero de penuria sua q̄ habuit misit totū victū suū.

Offerentur regi virgines Offer post eā, prime eius offerentur tibi.

Filie regū in honore tuo Offer astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate.

Diffusa est gratia in labijs tuis ꝓpterea benedixit te deus in eternū et in seculū seculi. Offer

Offerentur regi virgines post eā prime eius afferentur tibi in leticia et exultatione adducētur in templū

Suscipe dn̄e Secr. regi dn̄o. munera que in beate M· virginis ac martiris tue solēnitate deferimus· cuius nos cōfidim⁹ patrocinio liberari. Aliud de virgine nō martire Secretū.

Hostias dn̄e quas tibi offerimus ꝓpicius respice· et intercedente beata M· virgine tua vincula pc̄coꝝ nr̄oꝝ absolue. P ō.

Diffusa est gratia in labijs Com tuis ꝓpterea benedixit te de⁹ ineternū

Feci iudiciū et iusticiā Com. dn̄e nō calūniantur me supbi ad oīa mādata tua dirigebar omnē viam iniquā odio habui. Com.

Quinqz prudentes virgines acceperūt oleū in vasis suis cū lampadibz media autē nocte clamor fact⁹ est ecce sponsus venit exite obuiā xp̄o dn̄o.

Simile est regnū celoꝝ Com. homini negociatori querenti bonas margaritas inuēta aūt p̄ciosa margarita dedit oīa sua ⁊ cōparauit eā.

Principes psecuti sūt me Com. gratis et a verbis tuis formidabit cor meū letabor ego sup eloquia tua sicut qui inuenit spolia multa ꝯcupiuit anima mea testimonia tua dn̄e et dilexit ea vehementer. Com.

Dilexisti iusticiā et odisti iniqui-

ratem, ꝑpterea unxit te deus de⁹ tuus.

Confundantur supbi Com.
quia iniuste iniquitatem fecerunt in
me ego autē in mandatis tuis exer-
cebor in tuis iustificationibꝫ et non
confundar. Cōplenda

Sancte virginis ac martiris
tue N. ꝓcibus cōfidentes quesu
mus dn̄e. ut ꝑ ea que sumpsi-
mus eterna gaudia capiam⁹.

De virgine nō martire cōpleñ.

Sanctificet nos dn̄e qs̄ tui
pceptio sacramenti. et interces
sione beate N. virginis tue ti-
bi reddat acceptos. P dn̄.

De pluribꝫ virginibꝫ Oratio

virginū tuarū N. et N.
Deus qui nos sanctarum
temporali facis cōmemoratio-
ne gaudere. concede ꝓpicius: ut
earū suffragantibꝫ meritis ab
imminentibus periculis libere-
mur. et eternis gaudijs ꝑfrui
mereamur. P. Secretū

Munera domine que nomini
tuo pro solēnitate sanctaꝝ vir
ginū tuarū N. et N. offerimus
earū precibꝫ tibi grata fieri sup
pliciter exoramus. Cōplenda

Munera tua dn̄e supplicatio
ne sanctarū virginū N. et N.
a delectationibus terrenis nos
expediant et celestibꝫ reficiāt sa
cramentis. Per dn̄. De vidua

Introitus Gaudeamus omnes
in dn̄o. Oratio

Prosit plebi tue omnipo-
tens deus beate N. veneranda
festiuitas: ut cuius gaudemus
honore ꝓtegamur auxilio. P.

Lectio libri sapientie. xxxi.

Mulierem fortem quis in
ueniet procul. et de vlti-
mis finibus preciū eius. Confi
dit in ea cor viri sui. et spolijs
nō indigebit. Reddet ei bonū et
nō malum omnibꝫ diebus vi-
te sue. Quesiuit lanā et linum
et operata est cōsilio manuum
suarum. Facta est quasi nauis
institoris. delonge portans pa
nem suū. et de nocte surrexit.
Deditqꝫ predā domesticis suis.
et cibaria ancillis suis. Conside
rauit agrū et emit eū. de fructu
manuū suarum plantauit vi-
neam. Accinxit fortitudine lū-
bos suos. et roborauit brachiū
suū. Gustauit et vidit quia bo-
na est negociatio eius. non ex-
tinguetur in nocte lucerna illi⁹
Manū suam misit ad fortia. ⁊
digiti eius apprehenderunt fu-
sum. Manū suā aperuit inopi.
et palmas suas extēdit ad pau
perem. Non timebit domui sue
a frigoribꝫ niuis. omnes enim
domestici eius vestiti sunt du-
plicibus. Stragulatā vestem
fecit sibi. byssus et purpura in-
dumentū ei⁹. Nobilis in portis
vir eius. quādo sederit cū sena-
toribus terre. Syndonē fecit et
vendidit. ⁊ cingulum tradidit

chananeo. Fortitudo et decor in dumentū eius. et ridebit in die nouissimo. Os suū aperuit sapientie. et lex clementie eius in lingua eius. Cōsiderauit semitas domus sue. et panē ociosa non comedit. Surrexerūt filij eius. et beatissimā pdicauerūt. Vir eius et laudauit eā. Multe filie cōgregauerūt diuicias. tu supgressa es vniuersas. Fallax gratia et vana est pulcritudo. Mulier timens deū ipsa laudabit. date ei de fructu manuū suarū. et laudent eam in portis opera eius. Grad. Audi filia et vide. ccxix. Alleluia Egregia sponsa. ccxxiij. Prosa Eya mater nos Euāge. Simile est regnū celorū thesauro abscōdito. ccxxiiij Offer. Filie regum. ccxxv. Secr. Suscipe dn̄e munera que in beate N. solēnitate deferimus cuius nos cōfidimus patrocinio liberari. P. Com. Simile est regnū celor. ccxxv. Cōplenda Sancte N. famule tue precibus cōfidentes quesumus dn̄e: ut p ea que sumpsimus eterna gaudia capiamus. P.

Incipiunt misse per singulos dies in ebdomada. Et pmo die dn̄ico de sancta trinitate officiū. Benedicta sit sancta trinitas. vt supra in loco pprio.

Feria secūda de sapientia.

Lex domini irreprehensibilis cōuertēs animas testimoniū dei fidele sapientiā prestans paruulis. Ps Celi enarrant gloriā dei et opera manuū ei⁹ ānūciat firma. Oro

Deus qui p coeternā tibi sapientiā hominē cū nō esset cōdidisti. perditūqz misericorditer reformasti. presta quēs ut eadem pectora nr̄a te inspirāte tota mente amemus. et ad te toto corde curramus. Per.

Lectio epistole beati iacobi apostoli. F

Ratres. Scientes q pbatio fidei vestre patientiā operatur. Patientia autē opus pfectū habet ut sitis pfecti et integri: in nullo deficiētes. Si quis autem vestrū indiget sapiētia. postulet illā a deo. qui dat oīūbs affluenter. et nō improperat et dabitur ei. Postulet autē in fide nichil hesitās Domine dn̄s noster quā Grad admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. v̄ Quoniā eleuata est magnificentia tua super celos.

Alleluia v̄ Lauda anima mea dn̄m laudabo dn̄m in vita mea psallā deo meo quādiu ero. Euāgeliū

Respiciens ihesus in celũ dixit Confitebor. require dñica ante septuagesimã. Offr̃

Revela oculos meos et considera bo mirabilia tua domine ut doceas me iusticiã tuã da michi intellectum ut discã mandata tua. Secretũ

Sanctificetur quesumus dñe hui⁹ oblationis nostre munus tua cooperante sapiẽtia: ut tibi placere possit ad laudem. et nobis pficiat ad salutem. Coñ.

Servite dño in timore et exultate ei cũ tremore nequãdo irascatur dñs et ne pereatis de via iusta. Cõpleñ.

Infunde quesumus dñe deus p hec sancta que sumpsimus cordibus nostris lumen tue sapientie: ut te veraciter agnoscam⁹ et fideliter diligamus. Per.

Feria tercia de angelis Intro.

Benedicite omnes angeli eius potentes virtutes qui facitis verbũ eius ad audiendã vocem sermonum eius. ps Benedic anima mea dño et omnia interiora mea nomen sanctum eius. Oratio

Perpetuũ nobis dñe quesumus tue miserationis presta subsidiũ: quibus et angelica pstitisti suffragia non deesse. P.

Lectio libri apocalipsis. xix.

In diebus illis. Dixit michi angelus. Scribe beati qui ad cenã nuptiarũ agni vocati sũt. Et dixit michi. Hec verba dei vera sunt. et cecidi ante pedes eius ut adorarem eũ. Et dixit michi Vide ne feceris. cõservus eum tuus sum et fratrum tuorũ habentium testimoniũ. Ihesum deum adora. Grad.

Benedicite dño omnes angeli eius potentes virtutes qui facitis verbũ eius. ℣ Benedic anima mea dño et omnia interiora mea nomẽ sanctũ eius.

Alla ℣ Laudate dñm omnes angeli eius laudate eũ omnes virtutes eius. Evãge. Ascendit ihesus ierosolimã. usqz ibi Erat autem quidã homo. require feria sexta post Invocavit. Offr̃

Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulũ aureũ in manu sua et data sunt ei incensa multa et ascendit fumus aromatũ in conspectu deo. Secretum

Hostias tibi dñe laudis offerimus suppliciter depcantes: ut easdem angelico p nobis interveniente suffragio. et placatus accipias et ad salutẽ nostrã pvenire cõcedas. P. Coñ.

Benedicite omnes angeli dñi dño ymnũ dicite et superexaltate eũ i secula

Repleti dñe bene Cõplenda dictione celesti. te supplices imploram⁹: ut qd singuli celebramus officio sanctorũ angelorũ nobis pdesse sentiamus auxilio. P. Feria quarta de sancto spiritu Introitus.

Cum sanctificatus fuero in vobis cogregabo vos de universis terris

et effundam sup vos aquã mũdam et mũdabimini ab omnibꝫ inquinamentis vestris et dabo vobis spiritum novũ. ps Benedicam dñm in omni tempore semp laus eius in ore meo. Oratio

D Eus cui omne cor patet et omnis volũtas loquitur et quẽ nullũ latet secretũ· purifica per infusionẽ sancti spiritus cogitationes cordis nostri: ut te pfecte diligere et digne laudare mereamur. P Lectio epistole beati pauli apostoli Ad corinthios·j·corin·xij·

F Ratres. Unicuiqꝫ vestrũ data est manifestatio spiritus ad utilitatẽ. Alij quidẽ p spiritũ datur sermo sapientie· alij sermo scientie scdm eundẽ spiritũ· alij fides in eodem spiritu· alij gratia sanitatũ in vno spiritu· alij operatio virtutũ· alij ꝓphetia· alij discretio spirituũ· alij genera linguarũ· alij interpratio sermonũ. Hec autẽ omnia operat vnus atqꝫ idẽ spiritus· diuidẽs singulis ꝓut vult

B rata gens cuius est Grad· dñs deus ꝓtector eorũ populus quẽ elegit in hereditatem sibi. v Verbo dñi celi firmati sũt et spiritu oris ei⁹ A lla v Emit- omis virtus eorꝫ te spiritũ tuũ et creabũtur et renouabis faciẽ terre. Tractus tpe quadragesimali·

L audate dñm oẽs gentes ⁊ collaudate eũ oẽs ppli.

v Quoniã ꝯfirmata est sup nos misericordia eius et veritas dñi manet in eternũ. Scdm iohannẽ·xiiij·

I N illo tpe. Dixit ihũs dis· suis· Si diligitis me mandata mea seruate· et ego rogabo patrem meũ· ⁊ aliũ paraclitũ dabit vobis ut maneat vobiscũ in eternum· spiritũ veritatis quẽ mũdus nõ potest accipere· qꝛ nõ videt eũ: nec scit eũ. Vos autẽ cognoscetis eũ· qꝛ apud vos manebit et in vobis erit. Offr

E mitte spiritũ tuũ et creabũtur et renouabis faciẽ terre sit gl'a dñi in

H ec oblatio qs Secr· secula. dñe cordis nr̃i maculas emundet· ut spiritus sancti digna effici mereatur habitatio. Com·

S piritus vbi vult spirat et vocẽ eius audis ⁊ nescis vnde veniat aut quo vadat. Cõplenda

C oncede qũs ops deus spiritum nos sanctũ votis ꝓmereri sedulis· quatenus eius gratia ab omĩbꝫ liberemur tẽptationibꝫ· et peccatorꝫ nr̃orꝫ indulgentiã pcipere mereamur. P.

Feria quīta de caritate Introi·

D Eus in loco sancto suo deus qui inhabitare facit vnanimes in domo ipse dabit virtutẽ ⁊ fortitudinem plebis sue. ps Exurgat deus et dissipẽtur inimici ei⁹. Oro

O ps sempiterne deus qui iusticiã tue legis in cordibus credẽtiũ digito tuo scribis

dā nobis fidei spei et caritatis
augmentum. et ut mereamur
assequi qđ promittis. fac nos
amare qđ p̄cipis. Per dn̄m.
Lectio epistole beati pauli apo
stoli Ad corinthios .j. cor. xiij.
Fratres. Caritas patiens
est benigna est. Caritas
non emulatur. nō agit perperā
non inflatur. nō est ambiciosa
non querit que sua sunt. non
irritatur. nō cogitat malū. nō
gaudet sup iniquitate. cōgau-
det autē veritati. Omnia suf-
fert. omnia credit. omnia spe-
rat. om̄ia sustinet. Caritas nū
quā excidit. Grad.
Ecce quā bonū et quā iocundū ha
bitare fratres in vnū. V. Sicut vn-
gentū in capite qđ descendit in bar-
bam barbā aaron. V. Mandauit
dn̄s benedictōnē et vitā vsqz in seculū
Alla. V. Diligam te dn̄e virtus
mea dn̄s firmamentū meū et refugiū
meū. Scd̄m iohannem xiij.
In illo tpe. Dixit ihesus
discipulis. Filioli mei ad-
huc modicū tempus vobiscū
sum. Queretis me et sicut dixi
iudeis quo ego vado vos non
potestis venire. Et ego dico vo
bis modo. Mandatū nouū do
vobis: ut diligatis inuicē sicut
dilexi vos. ut et vos diligatis
inuicē. In hoc cognoscent oēs
quia mei estis discipuli. si dilec-
tionē habuerint ad inuicem.

Meditabar in mādatis Offer
tuis que dilexi valde et leuabo ma-
nus meas ad mādata tua q̄ dilexi.
Emitte dn̄e q̄s Secretū
spiritū sanctū qui et munera
p̄sentia tuum nobis efficiat sa
cramentū. et ad hoc p̄cipiendū
corda nostra purificet. P. Cō.
Tu mandasti mādata tua custo
diri nimis vtinā dirigātur vie mee
ad custodiēdas iustificacōnes tuas.
Spiritum nobis Cōplenda
dn̄e tue caritatis infunde: ut
quos vno pane celesti satiasti
tua facias pietate cōcordes.
Feria sexta de sancta cruce In-
Nos autē gloriari troitus
oportet in cruce dn̄i nostri ihe
su xp̄i in quo est salus vita et resur-
rectio nostra p quē saluati et liberati
sumus. Ps. Deus misereatur no-
stri et benedicat nobis illuminet vul
tū suū sup nos et misereatur nostri.
Deus qui vnige- Oratio
niti filij tui dn̄i nostri ihe
su xp̄i p̄cioso sanguine viuifi-
ce crucis vexillū sanctificare vo
luisti. cōcede q̄s nos qui eius-
dem sancte crucis gaudemus ho-
nore. tua quoqz facias vbiqz
p̄tectione gaudere. P. Ad phi
Fratres. lippenses .ij.
Xp̄us factus est pro no
bis obediens vsqz ad mortem:
mortē autē crucis. Propter qđ
et deus exaltauit illū: et dona-
uit ei nomen qđ est sup omne

nomen. ut in noĩe ihesu omne genu flectaẽ. celestiũ. terrestriũ et infernoꝝ. et omĩs lingua cõfiteaẽ. qꝛ dñs noster ihũs xp̃us est in gloria dei patris. Grad.

Cristus factus est pro nobis obediẽs usqꝫ ad mortẽ mortẽ autẽ crucis. ṽ. Propter qđ et deus exaltauit illũ et dedit illi nomẽ qđ est sup omẽ nomẽ.

Alla. ṽ. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem celoꝝ et dñm. Prosa. O crux lignũ.

Laudate dñm omẽs Tractus gentes laudate eũ omẽs populi. ṽ. Quoniã cõfirmata est sup nos misericordia eius ⁊ veritas dñi manet in eternũ. Scđm matheũ. xx.

In illo tpe. Ascendens ihesus iherosolimã assumpsit duodecim discipulos suos secreto. et ait illis. Ecce ascendimus iherosolimã et filius hominis tradetur principibus sacerdotũ et scribis. et cõdemnabũt eũ morte. ⁊ tradent eũ gentibꝫ ad illudendũ et flagellandũ et crucifigendũ. et tercia die resurget.

Protege dñe plebem tuã Offr. p signũ sancte crucis ab omnibꝫ insidijs inimicoꝝ omniũ ut tibi gratã exhibeamus seruitutem et acceptabile tibi fiat sacrificiũ nostrũ. Secr.

Hec oblatio quesumus dñe ab omĩbꝫ nos purget offensis: que in ara crucis imolata etiã totius mũdi tulit offensã ihesus xp̃s dñs noster. Qui tecũ. Prefatio. Qui salutẽ hũani gene.

Nos autẽ gloriari opor. Com. tet in cruce dñi nostri ihesu xp̃i

Refecti cibo potuqꝫ Cõplen. celesti quesumus omnipotens deus: ut ab hostiũ defendas formidine quos redemisti p̃cioso sanguine filij tui dñi nostri ihesu xp̃i. Qui. Sabbato de dña et primo in aduentu domini.

Rorate celi de. Introitus sup et nubes pluãt iustũ aperiatur terra et germinet saluatorem. ps. Celi enarrãt gloriã dei ⁊ opa manuum eius annũciat firmamentũ.

Deus qui de beate Oratio marie virginis vtero verbũ tuũ angelo annũciante carnẽ suscipere voluisti. presta supplicibꝫ tuis: ut qui vere eam dei genitricẽ credimus. eius apud te intercessionibꝫ adiuuemẽ. P.

Epla. Locutus ẽ dominus ad achaz dicens. folio. iiij. Grad. Tollite portas principes vrãs. iiij

Alla. ṽ. Prophete sancti predicauerũt nasci saluatorem de virgine matre sancta maria.

Alla. ṽ. Ab arce syderea gabriel intonuit verbũ missũ diuinitus marie cõcinuit ait illa sum ancilla puella humilima regis huius defers cuius mandata salubria ut ancille mandat ille de superna curia fiat potens licet carens cõiugali copula. Ad hec verba nõ supba sed mire flagrantie

mox intrauit lux diuina marie pre-
cordia. Ergo pia o maria te laudan
tes poscimus. Ora patrem nam te
matrem natus audit optimus. ho
ra mortis det ut fortis sit contritio.
Ne damnemur sed ut letemur in ce-
lesti palacio. Amen dicat mente to-
ta plebs cruore xpi lota ut sit semper
sine nota. o dulcis maria. Prosa
Mittit ad virginem non. cclxxi.
Euāgeliū Missus est angelus
gabriel. Hec omnia videicet
Epla Grad. Euāgeliū cū Cō-
munione. require feria quarta
post dñicam terciā aduentus.
Aue maria gratia plena Offr.
dominus tecum benedicta tu in mu
lieribus et benedictus fructus ven-
tris tui. Secretum
Altari tuo dñe supposita mu
nera spiritus sanctus benign9
assumat. qui beate marie semp
virginis viscera splendore sue
virtutis repleuit. Per. Com.
Ecce virgo concipiet et pariet filiū
et vocabitur nomen eius emanuel.
Omnipotēs sem- Cōplenda
piterne deus. qui coeternū tibi
filiū pro salute mūdi secundū
carnē spiritu sancto concipien
dum. angelico misterio beate
marie semp virgini declarasti.
adesto propicius populo tuo:
ut ad eius natiuitatē pace cō-
cessa liberioribus animis occur
ramus. Per eundē eiusdem.

De domina a natiuitate domi-
ni vsq; ad festū purificationis
marie Introitus Salue sancta
parens. v Post partū virgo inuio
lata pmansisti. Oratio
Deus q̄ salutis eterne bea-
te marie virginitate fecū
da. humano generi p̄mia p̄sti-
tisti. tribue quesumus: ut ipsam
pro nobis intercedere sentia-
mus. p quā meruimus aucto-
rem vite suscipere. Dñm nostrū
ihesum xpm filiū tuū qui tecum
viuit et regnat. Epla Quan-
tempore heres paruulus est. cū
euangelio. require dñica infra
octauā natiuitatis dñi. Grad.
Benedicta et venerabilis es.
Alleluia v Post partum virgo
inuiolata pmāsisti dei genitrix in-
tercede pro nobis. Euāge. Erāt
ioseph et maria mater. finis
Ex multis cordibus. Offr.
Felix nāq; es sacra virgo maria
et omni laude dignissima quia ex te
ortus est sol iusticie xps deus noster.
Muneribus nr̄is q̄s Secr.
dñe placare susceptis. et inter
cedente pro nobis beata dei ge-
nitrice maria celestibz nos mū-
da misterijs et clementer exau
di. Per eundem. Prefatio per
octauā natiuitatis dñi. Quia
p incarnati verbi misterium.
Post octauā dicitur p̄fatio Et
te in veneratione beate marie.
Beata viscera marie vir- Com.

ginis que portauerũt eterni patris filiũ. Cõplenda de beata vgine

Hec nos cõmunio dñe purget a crimine. et intercedente beata dei genitrice virgine maria celestis remedij faciat esse consortes. P. De domina post purificationis et post sanctam trinitatem Introitus.

Salue sancta parens enixa puerpera regem qui celũ terraqz regit in secula seculorum. Ps Sentiant omnes tuũ leuamen quicũqz celebrant tuam cõmemorationem.

Concede nos Oratio famulos tuos quesum⁹ dñe deus noster. ppetua mentis et corporis sanitate gaudere. et gloriosa beate marie semper virginis intercessione. a psenti liberari tristicia. et futura perfrui leticia. Per dñm.

Lectio libri sapientie. xxiiij.

Ab inicio ⁊ ante secula creata sum. et vsqz ad futurum seculũ non desinam. et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum. et in ciuitate sanctificata similiter requieui. et i iherusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato. et in partes dei mei hereditas illius. et in plenitudine sanctor detentio mea. Grad.

Benedicta ⁊ venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta est mater saluatoris. V Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus

Alleluia V O consolatrix pauperũ maria tuis precibꝫ auge virtutũ numerũ in caritate cristi quos tu de mortis manibus per filium humilimũ mater eripuisti.

Alleluia V Aue benedicta maria ihesu xpi mater et filia et flos pudoris ros dulcoris dos amoris. O maria celi via virgo candens lilium stella maris appellaris ora tuũ filiũ: Sydus splendoris mater saluatoris tu dignare deprecare virgo mater filium ne demergat sed abstergat labem prorsus criminum. o maria omni plena gratia.

Alleluia V Felix nãqz es virgo maria et omni laude dignissima qr ex te ortus est sol iusticie.

Alleluia V Aue maria virgo celi regina mundi et domina suscipe tuorum deuotas laudes seruorũ.

Alleluia V O maria rubens rosa delicatũ lilium dulcis mitis et formosa summũ celi gaudiũ. tu xpi stella lucida. tu vitis copiosa exaudi nos miseros et ora pro nobis pia et perduc nos ad filiũ tuum virgo maria summi celi gaudium et spes in te sperantiũ. o virginũ maria alleluia alleluia tibi canentes sublena rutilans aurora virgo maria.

Alleluia V Virga yesse floruit virgo deum et hominem genuit pacem deus reddidit in se reconcilians

yma summis.

Alleluia ℣ Maria dei genitrix et virgo phemnis intercede ꝓ nobis.

Alleluia ℣ Salue dulcis o maria que es stella matutina rosa florens sine spina tuum pro nobis ora filium ut sanctorum ineternum nobis donet consortium.

Alleluia ℣ Imperatrix egregia ihesu mater et filia ad nostra suspiria porrige suffragia all'a vite via gratia derelictoꝝ vita sancta maria.

Alleluia ℣ Subueni mater pia ora dn̄m filiū tuum pro populo tuo ex te eni nobis nasci dignatus est.

Tractus

Laus tibi xp̄e filio marie tu nobis assiste precamur in hac die quotidie rex pie respice ⁊ preces nostras ad te dirige. ℣ O virgo gloriosa mater gratiosa tota speciosa rosa formosa pre cūctis virtuosa stella luminosa audi et exaudi decantantes stātes teq; collaudātes maria mater gratie. ℣ Adiuua nos sancta dei genitrix maria orā pro populo prece pia interueni pro clero dās solacia. ℣ Intercede pro deuoto femineo sexu sentiant omnes tuū iuuamen amamen solamen subleuamen amen. Prosa Gaude maria templū. cclxx. Offꝛ

Aue maria gratia plena dn̄s tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui.

Secundū lucam. xi.

In illo tempore. Loquente ihesu ad turbas. Extollens quedam mulier vocem de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit et vbera que suxisti At ille dixit. Quinimmo: Beati qui audiūt verbum dei et custodiūt illud. Offꝛ

Recordare virgo mater dum steteris in cōspectu dei ut loquaris pro nobis bona et ut auertat indignationē suam a nobis. Secretum

Tua domine propiciatione et beate marie semper virginis intercessione ad ꝑpetuam quesumus atq; p̄sentem hec oblatio nobis proficiat prosperitatem et pacem. P. Prefatio Et te in veneratione beate. Cōm̄.

Aue regina celorum mater regis angelorū o maria flos virginū velut rosa uel lilium funde preces ad filium pro salute fideliū. Cōplenda

Sumptis domine salutis nostre subsidijs da quesum⁹ beate marie semp virginis patrocinijs nos vbiq; protegi in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. P. De domina tempore paschali introitus

Salue sancta parens enixa puerpera regem. ut supra. Oratio

Posuit nobis omnipotēs pater. ⁊ p̄cipue inter hec festa paschalia filij tui solēnia: continuata dei genitricis virginis marie memoria. que astitit vulnerata caritate in cruce pendenti. et astat nunc

regina a dextris in celo regnāti dn̄o nostro ihesu xp̄o filio tuo Qui tecū viuit et regnat.

Lectio actuū apostolorum. j.

In diebus illis. Reuersi sūt apostoli iherosolimā a monte qui vocatur oliueti q̄ est iuxta iherusalē sabbati habens iter. Et cū introissent in cenaculum: ascenderūt vbi manebant petrus et iohānes. iacobus et andreas. philippus thomas bartholomeus ꝛ matheꝰ iacobus alphei et symon zelotes et iudas iacobi. Hij omnes erant pseuerantes in oratione vnanimiter cū mulieribꝫ ꝛ maria matre ihesu et fratribꝫ eiꝰ.

Alleluia ℣ Surgens ihesus et occurrens mulieribus ait auete tunc accesserunt et tenuerūt pedes eius.

All'a ℣ Angelus dn̄i descendit de celo et accedens reuoluit lapidē et sedebat sup eum. ℣ Respondens autē angelus dixit mulieribꝫ quē queritis ille autē dixerūt ihesū nazarenū. All'a ℣ Virga yesse floruit. quere ante. Scd̄m vero all'a semp dicat̄ de die ebdomade paschalis. ut si dominico die tenetur de beata virgine. secundū all'a erit de die pasche. si secunda feria dicatur de scd̄a feria secundum all'a. et sic cōsequenter ut supra annotatum est. Prosa Mane prima sabbati sur. cclvij. Alia prosa Virgini marie laudes.

Scd̄m iohān̄. xix.

In illo tempore. Stabant iuxta crucē maria mater ihesu et soror matris eius maria cleophe et maria magdalene. Cū vidisset ergo matrē ihesus et discipulū stātem quem diligebat. dicit matri sue. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Offr.

Recordare virgo mater dn̄i steteris. quere supra. Secretū

Propiciare nobis quesumus omnipotens deus illius agni oblatione acceptissima. et bt̄e marie pia intercessione quē ip̄a genuit ppetua virginitate. Dn̄m nostrū. Prefatio Et te in veneratione beate marie. Coīn.

Regina mundi et domina virgo maria ppetua intercede pro nostra pace et salute que genuisti xp̄m dominū saluatorē omniū alleluia all'a

Complen̄.

Per hec sacramenta paschalia nos tibi clementissime deus beate virginis marie oratio sancta conciliet. que nobis panē angelorū et celestē alimoniā generauit. Dn̄m nostrū. Alie orationes que etiā dicūtur tēpore ascensionis dn̄i.

Oro

Deus qui p vnigeniti filij tui resurrectionē uel ascensionē familiam tuam letificare dignatus es. concede

241

nobis famulis tuis: ut per venerabilem eius genitricē virginem mariā et resurrectionis uel ascensionis gloriā ꝛ eterne capiamus gaudia vite. P eū.

Secretū

Hostias nobis que sumus domine p̄sentis sacrificij quas ꝑ gloriosa resurrectione uel ascensione filij tui offerimus· intercedente beata maria nostre devotioni ꝓficiant et saluti. Per.

Cōplenda

Munera divina que sumpsimus dn̄e pro resurrectione uel ascēsione filij tui dn̄i nostri q̄s cōtinent in nobis dignāter cōpleant· et cōplendo beate marie p̄cibus nos in melius deducāt. P eundē.

Tempore paschali de omnibus sanctis Oratio·

Christianam q̄s dn̄e propicius respice plebē tuā· et quā paschalibꝫ dignatus es renouare misterijs· intercedentibus omnibꝫ sanctis tuis a tēporalibus culpis dignāter absolue. P.

Alia de omnibꝫ sanctis tempore ascensionis

Conserua quesumus domine sperātes in te· et effice voluntatē tuā in nobis: ut clarificati gloria ascensionis dn̄i nostri ihesu xp̄i mereamur a dextris tuis cū omnibꝫ sanctis delectari. P eundē.

Secretū

Da quesumus dn̄e nos semper ꝑ hec misteria paschalia uel ascensionis gratulari· et intercedente beata dei genitrice virgine maria: ut cōtinua nostre reparacōnis ꝑpetue nobis fiat causa leticie. P eū.

Cōplenda

Presta quesumus omnipotens deus: ut huius paschalis uel ascensionis festiuitatis mirabile sacramentū· meritis omniū sanctoꝝ tuoꝝ temporalem nobis trāquillitatē obtineat ꝛ vitā cōferat sempiternā. P.

De omnibus sanctis Oratio·

Concede nobis quesumus dn̄e famulis tuis ꝑ sancte dei genitricis virginis marie et beatoꝝ apostoloꝝ petri et pauli· sanctorūqꝫ martirꝫ wenceslai stanislai floriani adalberti· necnō et omniū sanctorum merita gloriosa et eorum pia et assidua intercessione ab omnibꝫ semper ꝓtegamur aduersis. P.

Secretū

Suscipiat clementia tua domine quesumus de manibꝫ nostris munus oblatū· et ꝑ sancte dei ꝛ genitricis virginis marie et beatoꝝ apostolorū tuorū petri et pauli· sanctoꝝ martirū wenceslai stanislai floriani atꝫ adalberti· necnō et omniū sanctorum tuoꝝ oracōnes ab omnibus nos mundet peccatis.

Cōplenda

Diuina libātes misteria q̄s ꝑ sancte dei genitricis et virginis marie et beatoꝝ

apl'oꝝ petri ꝛ pauli·sanctorũq;
martirũ wenceslai stanislai flo
riani adalberti· necnon et om=
niũ sanctorũ veneratione tue
dñe obtulimus maiestati·que=
sumus: ut per ea veniã merea=
mur peccatoꝝ· et celestis gratie
donis reficiamur. P eundem.

De omnibꝫ sanctis Oratio

Concede qs̃ omps̃ deus
ut intercessio nos sancte
dei genitricis ꝛ virginis marie
omniũq; sanctoꝝ beatoꝝ spiri
tuũ patriarchaꝝ ꝓphetarũ apo
stoloꝝ martirũ ꝛ cõfessoꝝ· vir=
ginũ viduarũ et omniũ electo
rum tuoꝝ hic et vbiq; letificet ꝛ
adiuuet: ut dum eoꝝ merita re
colimus patrocinia sentiam⁹.

Oblatis qs̃ Secr· P eũdẽ.
dñe placare muneribꝫ· et inter
cedentibꝫ omnibꝫ sanctis tuis
a cunctis defende periculis.

Que sumpsimus Cõplenda
dñe omniũ sanctoꝝ tuoꝝ vene
rationẽ celebrantes sacramẽta
celestia· ꝑsta qs̃: ut qd̃ tempo
raliter gerim⁹ eternis gaudijs
cõsequamr̃. P Pro epo

Omnipotẽs sem= Oratio
piterne deus qui facis mirabi=
lia magna solus· ꝑtende super
famulũ tuũ N· antistitem no=
strũ et sup cũctos illi cõmissos
spiritũ gratie salutaris· et ut
in veritate tibi cõplaceat ꝑpe=
tuũ ei rorem tue benedictionis
infunde. P eundẽ. Secretũ

Hostias dñe famuloꝝ tuoꝝ
placatus infunde: ut qd̃ in ho=
nore nominis tui deuota men=
te pro eis celebramus· proficе=
re tibi sentiant ad salutẽ. P.

Quos celesti re= Cõplenda
creasti munere ꝑpetuo comita=
re presidio· et quos fouere nõ
desinis· dignos sempiterna re=
demptione concede. Pro rege

Introitus Dñs fortitudo. requi
re dñica sexta post trinitatis·

Deus regnorũ Oratio
omniũ ꝛ xp̃iani maxime
imperij da seruo tuo N regi no
stro triũphũ veritatis sue sciẽ=
ter extollere: ut qui cõstitutio=
ne est princeps tuo munere sit
potens. Epl'a Subditi estote·
require dñica tercia post pasca·
Grad· Saluũ fac seruũ· require
feria sexta post Inuocauit.
All'a Domine in virtute tua· re=
quire dñica qrta post trinitatis
Euange· Abeuntes pharisei·
require in vicesima tercia dñica
Offr̃ Populũ humilem. require
feria sexta post Letare· Secretũ

Suscipe dñe preces et hostias
ecclesie tue ꝓ salute famuli tui.
N· regis nostri supplicantis· et
in ꝓtectione fideliũ populoꝝ an
tiqua brachij tui miracula ope=
rare: ut superatis inimicis secu
ra tibi seruiat libertate. P. Cõ·

Dominus virtutum ipse est rex

glorie. Cōplenda

Deus qui ad p̄dicandū eterni regni euangeliū· cristianorū regnū dilatasti· pretende famulo tuo .N. regi nostro arma celestia: ut pax ecclesiarum nulla turbetur tempestate bellorum. Per.

Alia Oratio pro rege.

Quesumus omnipotēs deus ut famulus tuus rex noster .N. qui tua miseracōne suscepit regni gubernacula virtutū· etiā omniū a te percipiat incrementa· quibꝫ decenter ornatis et viciorum monstra deuitare et hostes superare· et ad te qui via veritas et vita es graciosius valeat peruenire. Per. Secretū

Munera quesumus dn̄e oblata sanctifica: ut et nobis unigeniti tui corpus et sanguis fiant· et regi nostro ad obtinendum anime corporisq; sanitatē et peragendū iniunctū officium te largiente usquequaq; proficiant. Per. Cōplenda

Huius dn̄e perceptio sacramēti peccatorum nostrorū maculas abstergat· et regem nostrū ad peragendū sibi iniunctū officiū reddat idoneū. Pro semetipso officiū· Inclina domine aurē tuā. require in dn̄ica decimaquinta·

Oratio

Omnipotens sempiterne deus tue gratie pietatem supplici deuotione deposco: ut omniū malorum meorū vincula absoluas· cūctisq; meis criminibꝫ et peccatis ignoscas· et me indignū peccatorē ad ministeriū suum dignū efficias· et sacrificiū de manibꝫ meis placide ac benigne suscipias· electorūq; sacerdotū me participem facias· et de p̄ceptis tuis in nullo me oberrare permittas. Per.

In diebꝫ illis. Esdre .j.

Dixit esdras. Dn̄e deus meus cōfundor et erubesco leuare faciem meā ad te· quoniā iniquitates nostre multiplicate sunt sup caput nostrū· et delicta nostra creuerunt usq; ad celum a diebus patrū nostrorum Sed et nosipsi peccauimus grauiter usq; ad diem hanc. Iniquitatibus nostris ipsi traditi sumus· ipsi et reges nostri et sacerdotes nostri in manus regū terrarum· et in gloria dn̄i et in captiuitatē et rapinā et in confusionē vultus sicut in hac die. Grad Ab occultis meis mūda me. require feria tercia post Oculi. All'a Eripe me de inimicis· require dn̄ica septima post trinitatis Euāge· Dixit ihesus ad quosdam. require dn̄ica undecima post trinitatis. Offer

Miserere mei dn̄e secundū magnā misericordiā tuam dele iniquitatem meam. Secretum

Deus qui te precipis a peccatoribus exorari tibiq; sacri-

ficium cõtriti cordis offerri hõc
sacrificium qđ indignus meis
manibus offero acceptare di=
gnare· et ut ipse tibi hostia ⁊ sa
crificiū esse merear miseratus
concede· qui p ministerij huius
exhibitionē· peccatorꝝ meorꝝ pci
piam remissionem. P. **Com·**
Ab occultis meis mūda me domi
ne et ab alienis parce seruo tuo.
Deus qui viuorꝝ **Cõplenda**
es saluator omniū· qui nõ vis
mortē peccatorꝝ nec letaris in p
ditione morientiū· te supplici=
ter depcor· ut p hec sancta que
sumpsi concede michi veniam
peccatorū: ut admissa defleam·
flenda postmodū nõ admittā:
ut cum michi extrema dies fi=
nisqꝫ vite mee aduenerit emē
datum delictis omnibꝫ· me an=
geli sanctitatis suscipiāt. P.

S Pro peccatis Intro·
SI iniquitates obseruaueris
domine dñe quis sustinebit qꝛ apud
te ꝓpiciatio est deus israhel. **ps** De
profundis clamaui ad te dñe dñe ex
audi vocem meam. **Oratio**
Exaudi quesumus domi=
ne supplicū preces· ⁊ cõfiten
tium tibi parce peccatis: ut pari
ter nobis indulgentiā tribuas
benignus et pacem. P dñm.

Lectio ieremie prophete· xiiij·
IN diebus illis. Orauit ie
remias ad dñm dicēs. Si
iniquitates nostre respõderint
nobis libera nos dñe. Quesu=
mus fac ꝓpter nomen tuū quo
niā multe sunt auersiones no
stre. Tibi peccauimus expecta=
tio israhel· saluator noster in
tempore tribulationis. Tu au=
tem in nobis es dñe· et nomen
sanctū tuū inuocatū est super
nos· ne derelinquas nos domi·
ne deus noster. **Grad·**
Propicius esto dñe peccatis no=
stris nequādo dicant gentes ubi est
deus eorū. **v** Adiuua nos deus sa=
lutaris noster et propter gloriā no=
minis tui dñe libera nos.
Alleluia **v** Ostende nobis dñe
misericordiā tuā et salutare tuū da
nobis. **Scdm marcum· xj·**
IN illo tēpore. Dixit ihesus
discipulis suis. Habete fi
dem dei. Amen dico vobis quia
si quis dixerit monti huic tol·
lere et mittere in mare· et nõ he
sitauerit in corde suo sed credi·
derit· qꝛ quodcūqꝫ dixerit fiat:
fiet ei. Propterea dico vobis·
Omnia quecūqꝫ orantes peti·
tis credite quia accipietis et ve
nient vobis. Et cū stabitis ad
orandū dimittite si quid habe=
tis aduersus aliquem· ut et pa
ter vester qui in celis est dimit·
tat vobis peccata vestra. Qđ si
nõ dimiseritis nec pater vester
qui in celis est dimittet vobis
peccata vestra.

Sicut in holocaustū arie- Offr̄
tū et thauroꝝ et sicut in milibꝰ agno
rū pinguiū sic fiat sacrificiū nostrū
in cōspectu tuo hodie ut placeat tibi
qꝛ nō est ꝯfusio cōfidentibꝰ in te dn̄e.

Hostias tibi dn̄e pla- Secr̄-
cationis offerimꝰ: et ut delicta
nostra miseratus absoluas. et
nutantia corda tu dirigas. P.

Amen dico vobis quic- Com.
quid orantes petitis credite qꝛ acci-
pietis et fiet vobis. Cōplenda

Presta qs̄ eterne saluator:
ut pcipientes hoc munere ve-
niam peccatoꝝ deinceps peccata
vitemꝰ. Alia oratio ꝓ peccatis

Parce dn̄e parce peccatis
nostris. et quāuis inces-
santer delinquētibꝰ cōtinua pe-
na debeatur. pr̄sta qs̄: ut qđ ad
ppetuū mereamur exiciū tran-
seat ad nr̄e correctōnis auxiliū.

Sacrificia tibi dn̄e cū Secr̄-
ecclesie pcibꝰ immolanda qs̄
corda nostra purificēt. et ad in-
dulgentiā tue nobis misericor
die dona cōcilient. et de aduer-
sis ꝓspera sentire pficiant.

Vicia cordis hu- Cōplendā
mani hec dn̄e qs̄ medicina cō-
pescat. que mortalitatis nr̄e ve
nit curare languores. P dn̄.

Pro tribulatione Intro. Remi
niscere miserationū tuarū. require
dn̄ica scd̄a in ieiunio. Oratio

Omnipotens sempiterne
deus mestorū consolatio
laborantiū fortitudo: ꝑueniant
ad te pr̄ces de quacūqꝫ tribula-
tione clamantiū. ut omnes si-
bi in necessitatibus suis miseri
cordiā tuā gaudeant affuisse.

Ep̄la Orauit hester. Require
feria quarta post Reminiscere.
Grad. Adiutor meus. require in
septuagesima. All'a Ostende no
bis dn̄e. ut supra pro peccatis.
Euāge. Petite et dabitur vo-
bis. require in rogationibꝰ in
medio euāgelij. Offr̄ Sperent
in te omnes. require feria tercia
ante palmarū. Secretū

Deus sub cuius oculis om̄e
cor trepidat et omnes cōscien-
tie cōtremiscūt. ꝓpiciare ꝑ has
sacras oblationes omniū do-
loribus gementiū et cunctorū
medere languoribꝰ: ut sicut ne-
mo nostrū liber est a culpa. ita
nemo sit alienatus a venia. P

Redime me deus israhel Com.
ex omnibꝰ angustijs nostris.

Deus refugium Cōplenda
pauperū. spes humiliū. salusqꝫ
miseroꝝ. supplicacōnes omniū
afflictoꝝ ꝑ hec sancta que sūp-
simꝰ clementer exaudi. ut quos
instantia verberū fecit afflictos
diuini sacramenti remediū fa-
ciat cōsolatos. Contra malas
cogitationes Introitus Dn̄e
ne longe facias. require dominica
palmarum. Oratio

OMnipotēs mitissime de⁹
respice propicius ad p̄=
ces nostras· ⁊ libera cor nostrū
de malarū temptacōne cogita
tionū: ut sancti spiritus habi=
taculū dignū fieri mereamur. P.
Epl'a Cōfortamini in dn̄o· re=
quire dn̄ica· xxi· post trinitatis.
Gr̄ Tribulationes cordis nostri·
require feria quarta post In=
uocauit. All'a Dn̄e deus salutis·
require dn̄ica· xi· post trinitatis
In illo tp̄e. Scd̄m lucam· x·
Dixit ihesus dis̄· suis. Ecce dedi
vobis calcandi potestatē super
serpentes et scorpiones· et sup
omnē virtutē inimici· et nichil
vobis nocebit. Uerūtamen in
hoc nolite gaudere q̄ spiritus
vobis subijciūtur. Gaudete au
tem q̄d nomina vestra scripta
sunt in celis. Offr̄
De profundis clamaui ad te do=
mine dn̄e exaudi vocē meā. Secr·
Has tibi dn̄e offerimus ob=
lationes p quas animas nr̄as
sancti spiritus gratia illumi=
nare digneris. P. Com·
Ab occultis meis mūda me domi=
ne et ab alienis parce seruo tuo.
Per hoc sacrifi= Cōplenda
ciū q̄s dn̄e q̄d tue obtulimus
maiestati ab omnibꝫ corda no
stra temptationibꝫ emūda. P
Pro cōgregatione Introitus
Dn̄e refugiū. require feria quar=
ta post Inuocauit. Oratio

DEus in quo saluationis
summa consistit· exaudi
p̄ces q̄s nos indigni tibi sup=
pliciter fundimus et mitte san
ctū angelū tuū de celis· qui hāc
cōgregatiōnē et hūc locum ab
omnibꝫ antiqui hostis defendat
insidijs. Epl'a Humiliamini
sub potenti manu· require dn̄i=
ca tercia post trinitatis· Grad·
Protector noster. feria secūda post
Inuocauit· All'a Dn̄e refugiū.
require dn̄ica· xij· post trinitatis
Euāge· Subleuatis ih̄s ocu=
lis vsq; ibi Et que misisti· re=
quire in vigilia palmarum·
Offr̄ Sicut in holocaustū· requi
re dn̄ica· vij· post trinitatis·
Hec nos q̄s dn̄e Secretū
sacra virtute potenti mūdatos
ab om̄ibꝫ maligni hostis insi=
dijs liberent· et hūc cū suis in=
colis locum sub tua ꝓtectione
cōseruent illesum. Com· Tu do
mine. feria sexta post Reminiscere
Sumpsimus dn̄e Cōplen·
sacri dona misterij humiliter de
p̄cantes: ut hec eadē angelico ⁊
omniū sanctoꝝ tuoꝝ p nobis
interuenīēte suffragio et nr̄oꝝ
fiāt purgatio delictoꝝ et cōgre
gacōnis atq; loci huius cōtra
nequicias dyaboli inexpugna=
bilis et inuicta sint defensio.
Pro cōcordia officiū Deus in lo
co sancto suo. require dn̄ica vnde
cima post trinitatis. Oratio

DEus largitor pacis et a-
mator caritatis. da ser-
uis tuis verã in tua volũtate
cõcordiam: ut ab omnibꝫ que
nos pulsant temptationibꝫ li
beremur. Ep̃la Orationẽ fa-
ciebãt sacerdotes. require in die
cinerũ vel in quatuor tempori-
bus. Grad. Ostende nobis.
Feriã quarta ipsum Alla v
Ecce quã bonum et quã iocundũ
habitare fratres in vnũ. Euãge.
Si quid petieritis. dñica roga-
tionũ. Offẽ Sperent in te oẽs.
require feria tercia ante Dñe ne
His sacri- Secretũ longe.
ficijs dñe quĩs intende placa-
tus: ut qui ꝓprijs oramus ab-
solui delictis nõ grauemur ex-
ternis. Com. Vouete et reddite.
require dñica. xvij. Cõplenda
Spiritũ nobis dñe tue cari-
tatis infunde: ut quos vno pa
ne celesti satiasti tua facias pie
tate cõcordes. Pro pace Intro
Da pacem dñe. dñica. xviij. Oro
DEus a quo sancta deside-
ria recta consilia et iusta
sunt opa. da seruis tuis illam
quã mũdus nõ potest dare pa
cem: ut corda ⁊ corpora nostra
mãdatis tuis dedita. et hostiũ
sublata formidine tẽpora sint
in tua ꝓtectione tranquilla.
Ep̃la Orationẽ faciebãt sacer
dotes. require in quatuor tem-
poribꝫ ieiunij. Gr. Letatus sum.

require in dñica Letare. Alla
Ostende nobis dñe. Euange. Si
quid petieritis. vsqꝫ ibi Plenũ
sit. Offẽ Precatus est moyses. re-
quire dñica. xij. post trinitatis.
Deus qui credentes Secretũ
in te ꝓplos nullis sinis cõcuti
terroribꝫ. dignare p̃ces ⁊ hosti-
as dicate tibi plebis suscipere:
ut pax tua pietate cõcessa ⁊ xp̃ia
noꝝ fines ab oĩni hoste faciat
esse securos. Cõ. Pacem meã do
vobis. Feria q̃rta penthecostes.
Deus auctor pacis Cõplen.
et amator quẽ nosse viuere cui
seruire regnare est. protege ab
oĩnibꝫ impugnacõnibꝫ suppli
ces tuos: ut qui in tua defensio
ne cõfidim⁹. nullius hostilita-
tis arma timeamus. Pro iter
agentibus Esto michi. dñica in
Quinquagesima. Oratio
Adesto dñe supplicacõni-
bus nostris. et viã fideliũ tuoꝝ
in salutis tue ꝓsperitate dispo-
ne: ut inter oẽs vie et vite hui⁹
varietates tuo semp ꝓtegant
auxilio. Lectio libri genesis.
In diebꝫ illis. Profectus est isrl'
cũ oĩnibꝫ que habebat ad pu-
teum iuramẽti. Et mactatis ibi
victimis deo p̃ri suo ysaac au-
diuit eũ nocte p visũ vocantẽ
et dicentem sibi. Jacob iacob.
Qui respondit. Ecce assum. Ait
illi deus. Ego sum deus abrahã
et ysaac. noli timere. sed descẽde

in egiptũ. ego p̄ſcendã tecũ il-
luc et reducam huc et reuertar
tecũ. Grad. Angelis ſuis. requi-
re dñica Inuocauit. All'a Oſte-
de nobis dñe. dñica prima in ad-
uentu. Scdm matheum. x.
In illo tpe. Dixit ihũs diſ. ſuis
Euntes in vniuerſũ mũdũ p̄di
cate dicentes. Quia appropin-
quabit regnum celoꝝ. In quã-
cũqꝫ autẽ ciuitatẽ intraueritis
aut caſtellũ. interrogate q̄s in
ea dignus ſit et ibi manete do-
nec exeatis. Intrãtes autẽ do-
mũ ſalutate eã dicentes. Pax
huic domui. Et ſiquidem fuerit
domus digna: veniat pax vr̃a
ſup eã. Si aũt nõ fuerit digna
pax vr̃a reuertetur ad vos. Et
quicũqꝫ nõ receperit vos. neqꝫ
audierit ſermones vr̃os. Exeũ
tes foras de domo uel de ciuita-
te: excutite puluerẽ de pedibꝫ ve
ſtris. Amen dico vobis tolera
bilius erit terre ſodomoꝝ et go
morreoꝝ in die iudicij q̄ʒ illi ci-
uitati. Offꝫ Perfice greſſus meos
require dñica Exſurge quare ob.
Propiciare qs̃ dñe Secr-
ſupplicationibꝫ nr̃is. ⁊ has ob-
lationes quas tibi offerim⁹ p̄
fidelibꝫ tuis aſſume: ut viã illo
rũ et p̄cedente gratia tua dirị-
gas. et ſubſequẽti comitari di-
gneris: ut de actu atqꝫ incolu-
mitate illoꝝ ſcdm miſcdie tue
p̄ſidia gaudeamus. P. Com-
Tu mandaſti. require dñica. xix
poſt trinitatis. Cõplenda
Sumpſimus dñe celeſtia ſa-
cramenta. qs̃. ut ad p̄ſperita
tẽ itineris fideliũ tuoꝝ p̄ficiant
et ad ſalutaria cũcta p̄ducãt.

De tribus regibus

Reges tharſis et inſule mu
nera offerent reges arabũ
et ſaba dona adducent et adorabunt
eũ oẽs reges terre Ps Deus iudiciũ
tuũ regi da et iuſticiã tuã filio regis
Deus qui tres ma- Orõ
gos orientales caſpar-
melchiar balthaſar ad tua ſan
cta cunabula ut te miſticis ve-
nerarẽtur muneribꝫ ſtella du-
ce duxiſti. et ſine omni impedi-
mento reduxiſti cõcede famulo
tuo N. in itinere qd̃ acturus eſt
p horũ triũ magoꝝ pias inter
ceſſiones et merita. ſecuritatẽ ⁊
p̄ſperitatẽ et ſanitatẽ quaten⁹
ip̄o vero ſole vera ſtella et ve-
ro lumine ducente ad loca deſti
nata eos puenire cõcedas.
Ep̄la Surge illuminare iheru
cũ euãge. ut in die epiphanie.
All'a V Ab oriẽte venerũt magi
ſequẽtes ſtellã inuenerũt dñm all'a.
Maieſtati ſacroſancte Proſa
militãs cũ triũphante iubi-
let eccleſia. Sit verſetur laus i ore
ne fraudetur mens ſapore quo degu-
ſtet ſuauia. Bonũ parit virgo flo
rem nouũ monſtrat ſtella ſolem cur
rũt ad p̄ſepia. Reges regi et non

vagi sed ꝑsagi gaudẽt agi stella du
ce ꝑuia. Triũ regũ trinũ munus
xp̄s homo deus unus trinus in sub
stãtia. Deus trinus ĩ ꝑsonis ado
ratur tribꝫ donis unus in essentia.
Mirram ferũt thus et aurũ plus
pensantes quã thesaurũ typum sub
quo veritas. Tria dona tres figu
re rex in auro deus thure in mirra
mortalitas. Thuris odor deitatẽ
auri splendor dignitatẽ regalis po-
tentie. Mirra car. verbo nupta ꝑ
qđ manet incorrupta caro carẽs ca-
rie. Ab helena crux inventa hec ea
dem post intẽta cõgregandis regibꝫ.
Reges olim peregrini ornant ur-
bem constantini allatis corporibus.
Tan dem inde sũt trãslati cõmen-
dati civitati cui nomen ambrosia.
Ter inventos ter translatos nu-
tu dei si[illegible] datos colit hos coloniã.
Ortus dedit occidenti qđ tres reges
ter inventi excolũt coloniã. Num
quã locum mutaturi nec ut olim re-
versuri sunt ꝑ viã aliã. olũt re-
ges ꝓpter regem summũ regis servãt
legem coloni colonie. Nos in fide
sumus vivi hij sunt primi fontis ri
vi gentiũ primicie. Tu nos criste
ex hac valle duc ad vitã recto calle ꝑ
horum vestigia. bi patris ubi
tui amoris sacri frui mereamur spe
cie. Offꝫ et Coñ. ut in die epi-
phanie. Secretum

Deus qui es conditor sancto-
rũ et dirigis iter iustorꝫ. dirige
angelum pacis cũ famulo tuo
N. qui eum ad locũ destinata
cum iocũditate prosperitate et
sanitate et pace et sine impedi-
mento cũ salute corporis ꝛ ani
me ducat ꝛ reducat. et ut ei no
cere non possint antiqui hostes
procul sint ab eo omniũ mali-
gnorũ insultus. successor et co-
mes dignetur ei esse spũs san-
ctus. Per dñm. Cõplenda

Omnipotens sempiterne deꝰ
qui misisti filiũ tuum dñm no-
strum ihesum xp̄m de synu tuo
in uterũ virginis marie ut ho
mo fieret. et factus est homo
passus et sepultus. Et misisti
sanctos angelos tuos ad se-
pulcrum ut nõ custodirent sed
ut testimoniũ ꝑhiberent suave
rissime resurrectionis. precor te
mitissime deus: ut mittere dig-
neris eosdẽ angelos sanctos
tuos: ut sint circa famulũ tuũ
N. die ac nocte: ut securus sit re
bus et corpore. In xp̄o ihesu do
mino nostro. Pro amico In
troitus Justus es dñe. require
dominica. xvj. Oratio

Omnipotens sempiterne
deꝰ miserere famulo tuo
et eũ dirige scđm tuã clemen-
tiam in viã salutis eterne. et te
donante tibi placita cupiat et
tota virtute ꝑficiat. P dñm.
Ep̄la Justus si morte ꝑocu-
patus. ccxij. Grad. Salvum fac
servũ. feria sexta post Invocavit

Alla v Jn te dñe speraui nõ cõfundar in eternũ in iusticia tua libera me. Secdm iohannem

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Amē dico vobis qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet· et maiora hor faciet: quia ad patrem vado. Et qñcũq petieritis patrē meũ in nomine meo hoc faciam. Offr. Ad te dñe leuaui. require dñica prima in aduētu.

Proficiat qs Secretum dñe hec oblatio quã tue supplices offerimus maiestati ad salutem famuli tui: ut tua prouidentia eius vita inter aduersa et prospera vbiq dirigatur.

Com· Jllumina faciem. require in septuagesima. Cõplenda

Sumentes dñe ppetue salutis sacramenta tuã depcamur clementiã: ut p ea famulũ tuũ ab oñi aduersitate custodias.

Pro familiaribus Oratio·

Deus qui caritatis dona p gratiã sancti spũs tuorũ corda fideliũ infundis· dã famulis et famulabz tuis p quibus tuã deprecamur clementiã salutē mentis et corporis: ut et te tota virtute diligant et que sibi placita sunt tota dilectione pficiant. Secretum

Miserere quesumus dñe famulis et famulabz tuis p quibus hoc sacrificium laudis tue offerimus maiestati: ut per hec sancta supne benedictõnis gratiã obtineãt et gloriã beatitudinis eterne acquirãt. Cõplen.

Diuina libantes misteria qs dñe: ut hec salutaria sacramēta illis oñibz pficiãt ad psperitatē et pacē. p quorũ dilectione hec tue obtulimus maiestati.

Pro salute viuorũ Introitus Sicut oculi seruorũ. require feria scda post quadragesimã. Oro

Pretende dñe fidelibus tuis dexterã celestis auxilij: ut et te tota mente ꝛ toto corde pquirãt· et que digne postulant cõsequi mereantur. Epla Nõ cessamus· require in penultima dñica. Gr Cõuertere dñe: dñica sexta post trinitatis. Alla Ostē de nobis. dñica pma in aduētu. Euãge· Subleuatis ihũs oculis· vsq ibi Et quē misisti ihesũ xpm· require in vigilia palmarũ. Offr Sperent in te· feria tercia ante palmarũ· Secretũ

Propiciare dñe supplicationibz nrĩs· ꝛ has oblacõnes qs tibi p incolumitate fideliũ tuorũ offerim9 benignus assume: et ut nullius sit irritũ votum· nullius vacua postulatio· psta qs: ut qd fideliter petimus efficaciter cõsequamur. Cõ· Amen dico vobis· require dñica·xxiij·

Da fidelibus tuis Cõplenda qs dñe in tua fide et sinceritate

constanciã: ut hoc celesti sacra
mento firmati· nullis tempta-
tionibꝫ ab eius integritate vel
lantur. Pro infirmis Intro·
De necessitatibus· require feria
sexta post ·xl· Oratio

OMnipotens sempiterne
deus· salus eterna creden
tiũ· exaudi nos pro infirmis fi
delibꝫ tuis pro quibꝫ misericor-
die tue imploram⁹ auxiliũ: ut
reddita sibi sanitate gratiarũ
tibi in ecclesia tua referãt actio-
nes. Jacobi apostoli ·v·

CArissimi. Tristatur ali-
quis ex vobis· oret equo
animo et psallat. Infirmatur
aliquis ex vobis inducãt pres-
biteros ecclesie: ut orent sup eũ
vngentes eũ oleo in noĩe dñi.
Et oracõ fidei saluabit infirmũ
et alleuiabit eũ dñs. Et si in pec
catis sit: dimittentur ei. Cõfite
mini alterutrum peccata vr̃a et
et orate p̱ inuicẽ ut saluemini.
Gr. Miserere mei de⁹. feria tercia
post Ocul· All'a v̇ Qui sanat
cõtritos corde et alligat cõtritiones
eorꝫ. Euãge· Surgẽs ihesus de
synagoga· require feria quĩta
ante Letare. Offr· Benedic ani-
ma· feria sexta post Inuocauit.

Deus sub cuius nuti- Secrẽ.
bus vite nostre momenta de-
currũt· suscipe p̃ces et hostias
fideliũ tuorꝫ pro quibꝫ egrotan
tibꝫ misericordiã tuã exoram⁹:
ut de quorũ periculo metuimus
de eorꝫ salute letemr̃. Cõ· Intel-
ligite. feria q̃rta post Inuocauit.

Deus infirmitatis Cõplenᷓ·
humane singulare p̃sidiũ auxi
lij tui sup infirmos fideles tu-
os ostende virtutẽ: ut hij singu
lari remedio adiuti· ecclesie tue
sancte incolumes representari
mereantur. Pro pluuia Omĩa
que fecisti· Require ante Dñe ne

DEus in quo Orõ longe·
viuimus mouemur ⁊ su
mus· pluuiã nobis tribue con-
gruentẽ: ut p̃sentibꝫ subsidijs
sufficienter adiuti sempiterna
fiducialius appetam⁹. Lectio

IN diebus iheremie p̱phete·
illis. Locutus est ihere mias di
cens. Nũquid p̱ijciens abieci-
sti iudã· aut syon abominata
est anima tua? Quare ergo p-
cussisti ut nulla sit sanitas? Ex
pectamus pacẽ et non est bonũ·
tempus curationis et ecce tur-
batio. Cognouim⁹ dñe impie-
tates nr̃as et iniquitates pa-
trũ nostrorꝫ qꝛ peccauimus tibi
Ne des nos in opprobriũ pro-
pter nomen tuum· neqꝫ facias
nobiscũ cõtumeliã. Solij glo-
rie tue recordare: ne irritũ faci-
as fedus nob. Dñe de⁹ noster.
Grad· Oculi omniũ· require fe-
ria quĩta post Oculi· All'a Con
fitemini dño. require in vigilia
pasche. Scdm matheũ ·xv·

IN illo tempore. Dixit ihesus di
scipulis suis. Misereor turbe
quia iam triduo sustinent me-
cum et nō habent quid mandu
cēt. Et si dimisero eos ieiunos
deficient in via. Et dixerūt disci
puli. Unde ergo nobis in deser-
to panes tanti: ut saturemus
turbā tantam? Et ait illis ihe-
sus. Quot panes habetis? At
illi dixerūt. Septem· et paucos
pisciculos. Et p̄cepit turbe ut
discūberent sup terrā· Et acci-
piens septem panes et pisces·
gratias agens fregit et dedit
discipulis· et discipuli dederunt
populo· et comederūt omnes ⁊
saturati sunt. Et qd̄ de fragmē
tis supfuit· tulerūt septē spor-
tas plenas. Erāt autē qui mā
ducauerūt quasi quatuor mi-
lia exceptis paruulis et mulie-
ribus. Et dimissa turba ascen-
dit in nauiculā et discipuli eius.
Offꝛ. Sicut in holocaustū. requi
re dn̄ica trinitatis. Secretum
Oblatis q̄s dn̄e placare mu-
neribꝫ· et oportunū nobis plu-
uie sufficientis tribue auxiliū.
Cō· Tollite portas. dn̄ica· xviij·
Celestibꝫ refecti sacra Cōpl·
mētis q̄s dn̄e: ut terrāquā vi-
demus n̄ris iniquitatibꝫ tabesce
re· congruentiū facias irrigari
inundatione pluuiaꝝ. P dn̄.
Pro serenitate Introitus Si
cut oculi seruorū. feria scd̄a post·
Inuocauit. Oratio
AD te dn̄e clamātes exau
di· et aeris serenitatē tri-
bue supplicātibꝫ: ut qui iuste p
peccatis n̄ris affligimur miseri-
cordia tua p̄ueniente clemētiā
sentiamus. Lc̄o ihceremie p̄phe
IN diebꝫ te· trenoꝝ· ij·
illis. Locutus est ihere-
mias dicens. Consurge lauda
iherusalē in nocte in principio
vigiliarū. Effunde sicut aquā
cor tuū in cōspectu dn̄i Leua ad
eū manus tuas p aīabꝫ paru-
loꝝ tuoꝝ· qꝛ defecerūt fame in
capite oīm cōpitoꝝ. Uide ergo
dn̄e ⁊ cōsidera quē vindemiaue
ris ita. Ergo ne comedent mu-
lieres fructū suū· paruulos suos
ad mensurā palme· Lapsa est
in lacū vita mea: ⁊ posuerūt la-
pidem super me: inundauerūt
aque sup caput meū. Dixi perij
Inuocabo nomen tuū dn̄e de
lacu nouissimo· vocē meā au-
disti· ne auertas faciē tuā a sin
gultu meo ⁊ clamoribus meis.
appropinquasti in die quoniā
inuocaui te· dixisti ne timeas.
Iudicasti causam anime mee·
dn̄e deus meus. Scd̄m lucā· viij
IN illo tempore. Factū est
vna dierū· et ihesus ascē
dit in nauiculā et discipuli eius.
Et ait ad illos. Transfretemus
trans stagnū. Et ascenderunt.
Nauigantibꝫ autē illis obdor-

minuit. Et descendit procella venti in stagnum et cōpellebantur fluctibus et periclitabātur. Accedentes autē suscitauerūt eum dicentes. Preceptor: perimus. At ille surgēs increpauit ventum et tempestatē aque et cessauit: et facta est tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides vr̄a? Qui timentes mirati sūt adinuicem dicentes. Quis putas hic est. qui et ventis et mari imperat: et obediūt ei? Secr.

Preueniat nos quesumus domine gratia tua et subsequatur et has oblationes quas pro peccatis nostris et pro obtinēda aeris serenitate nomini tuo sacrandas offerimus benignus assume: ut cūctis nobis pficiāt ad salutem. Cōplenda

Quesumus omnipotens deus ut per hec sumpta misteria inundantiā coherceas imbriū et hylaritatem tui vultus nobis impartiri digneris. Per dn̄m.

Tempore colloquij Introitus Sicut oculi seruorum. require feria scd̄a post Inuocauit. Oratio

Infunde quesumus dn̄e famulis tuis spiritū veritatis et pacis. ut que tibi placita sunt toto corde cognoscant. et agnita tota virtute sectent. Ep̄la Non cessamus. require in penultima dn̄ica. Euange. Petite et dabitur vobis. require in rogatōnibus in medio euāgelij. Secretū

Respiciat quesumus domine clementiā tuā seruorū tuorum munera. et gratiā tue miserationis illis impende: ut ea que recta sunt in oculis tuis. veraciter diligant et fiducialiter loquātur. Qui cū deo. Cōplenda

Da famulis tuis dn̄e: ut sancta tua que sumpsimus eos in tua volūtate cōfirment. et veritatis tue verbi pdicatores efficiāt. Per dn̄m. Pro mortalitate hominū Introitus Salus populi. require feria quinta post Oculi mei. Oratio

Deus qui nō mortē sed penitentiā desideras peccatorum: populū tuū quesumus ad te conuerte propicius: ut dum tibi deuotus extiterit iracūdie tue ab eo flagella amoueas. Ep̄la Orauit iheremias ad dn̄m dicens. require pro peccatis cū Grad. et cum euāgelio ibidem. cccxxij.

Alleluia. Qui sanat cōtritos corde et alligat cōtritiones eorum. Offer. Precatus est moyses. require dn̄ica. xij. post trinitatis. Secretū

Suscipe dn̄e quesumus hostiam redemptōnis humane et salutem nobis mentis et corporis operare placatus. Com.

Inclina aurē tuā accelera ut eruas me. Cōplenda

Exaudi nos deus salutaris

noster. et intercedente beata ma
ria semp virginē populum tuū
ab iracundie tue terroribz libe-
ra. et misericordie tue fac largi
tate securum. P dn. Ad bene-
dicendas sponsas Introitus.
Dñe refugium. require feria ter-
cia post Inuocauit. Oratio.
Exaudi nos omnipotens
et misericors deus: ut qđ
nostro ministratur officio. tua
benedictōne potius impleatur.
Ad corinthios. i. corinth. vi.
Fratres. Nescitis quoniā
corpora vestra mēbra sūt
xpi. Tollens ergo mēbra cristi
faciam membra meretricis. Ab
sit. An nescitis quoniā qui ad
heret vxori: vnū corpus effici-
tur cum ea. Erūt inquit duo in
carne vna. Quoniā qui adhe-
ret deo vnus spiritus est cū eo:
Fugite fornicationem. Omne
enī peccatū quodcūqz fecerit ho
mo extra corpus est. Qui autē
fornicatur: in corpus suū pec-
cat. An nescitis quoniā mēbra
vestra templū sūt spiritus san
cti qui in vobis est quē habetis
a deo. et nō estis vestri: Empti
enim estis precio magno. Glo
rificate et portate deum in corde
vestro. Grad. Dirigatur oratio
mea. require feria tercia post In
uocauit. All'a Dñe deus salutis.
require dñica. xi. post trinitatis

Secundū matheum. xix.
In illo tēpore. Venit ihe
sus in fines trans iorda
nem. et secuta est eum turba: et
curauit eos. Et accesserunt ad
eum pharisei temptātes eū di
centes. Si licet homini dimitte
re vxorem quacunqz ex causa:
Qui respondens ait. Non legi
stis: quia qui fecit hominē ab
inicio masculum et feminā fecit
eos: Et dixit. Propter hoc re-
linquet homo patrē et matrē:
et adherebit vxori sue. et erunt
duo in carne vna. Itaqz iā nō
sunt duo sed vna caro. Quos
ergo deus coniunxit homo non
separet. Offr. In te dñe speraui.
Suscipe quesumus Secretū
domine pro sacra cōnubii lege
munus oblatū: ut cuius largi-
tor es operis esto quoqz dispo-
sitor. Com. Cū inuocarem exaudi
uit. require feria tercia post In-
uocauit. Cōplenda
Quesumus omnipotens deus
instituta prouidentie tue pio
fauore comitare: ut quos legi-
tima societate cōnectis. longe-
ua pace custodias. P dnm.
Pro petitione lacrimarū Oro
Omnipotens sempiterne
deus qui sitienti populo
tuo fontē viuentis aque de pe
tra pduxisti. educ de cordis nři
duricia cōpunctōnis lacrimas ut

peccata nostra plangere valeamus· remissionemque eorum te miserante percipere mereamur. Per.

Secreta

Hanc oblationem quesumus domine deus noster quam tue maiestati pro peccatis nostris offerimus propicius respice· et duc de oculis lacrimarum flumina quibus debita flammarum incendia valeant extingui.

Complenda

Sacramentum domine tue largitatis quod sumpsimus ad veniam nostrorum proficiat peccatorum· et tue miseracionis semper tribuat solacium. Per dominum.

Pro prelatis benefactorum Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus· pretende super famulos tuos et super cunctos illis commissos spiritum gratie salutaris· et ut in veritate tibi complaceant perpetuum eis rorem tue benedictionis infunde.

Secreta

Hostias tibi domine famulorum tuorum et omnium illis commissorum placatus impende: ut quas in honore tui nominis devota mente pro eis celebramus proficere sibi sentiant ad medelam.

Complenda

Quos celesti refecisti munere perpetuo domine comitare presidio et quos fovere non desinis dignos fieri sempiterna redemptione concede.

Pro omni gradu ecclesie Oratio

Exaudi quesumus domine pro omni gradu ecclesie supplicum preces· et devoto tibi pectore famulantes perpetua defensione custodi: ut nullis perturbationibus impediti liberam servitutem tuis semper exhibeamus officiis. Per dominum.

Secreta

Suscipe domine preces et hostias pro omni sancte ecclesie tue gradu· et eos sanctorum tuorum precibus in cunctis protege bonis.

Complenda

Tua nos domine medicinalis operatio a cunctis clementer exuat delictis· et famulos tuos in cunctis sacris officiis constitutos tuis faciat inherere mandatis. Per dominum.

Pro humilitate Oratio

Deus qui superbis resistis et gratiam prestas humilibus· auge in nobis vere humilitatis virtutem· cuius in se unigenitus formam exhibuit: ut nunquam indignationem tuam provocemus elati· sed potius pietatis tue capiamus dona subiecti.

Secreta

Hec oblatio domine quesumus remissionem peccatorum omnium· et vere humilitatis obtineat gratiam· simulque a cordibus nostris concupiscentiam carnis et oculorum ambitionemque seculi auferat· quatenus coram te sobrie iuste pieque vivamus et premia consequi mereamur eterna.

Complenda

Huius domine perceptio sacramenti peccatorum nostrorum maculas

detergat. et nos ad celestia re-
gna pducat. Per dnm.

Pro castitate Oratio

Ure igne spiritus sancti re-
nes nostros et cor nostrũ dñe:
ut tibi casto corpore seruiamus
et puro corde placeam9. Secr.

Dirumpe dñe vincula pecca-
toꝝ nostroꝝ: ut sacrificare tibi
hostiã laudis absoluta liberta
te ac mũda mente possimus. tri
bue qd ante tribuisti. et salua
nos p indulgentiã quos sal-
uare dignatus es p gratiã.

Sancti spiritus Cõplenda
gratia quesumus dñe cor no-
strũ clementer expurget. et per
huius misterij sacramentũ in
nobis carnalium delectationũ
flãmas extinguat potenter. P

Pro familia tua Oratio.

Rege quesumus dñe fami
liam tuã. et intercedenti-
bus omnibꝫ sanctis tuis gra-
tie tue dona in ea multiplicent
ut ab omnibꝫ libera offensis et
tẽporalibꝫ nõ destituatur auxi-
lijs. et sempiternis gaudeat in-
stitutis. P. Secretũ

Suscipe dñe munus oblatũ.
et intercedentibus sanctis tuis
cõserua familiã tuam atqꝫ ab
omnibꝫ quas meretur aduersi
tatibus redde securam: ut tran-
quillitate pcepta omniũ visibi
lium ⁊ inuisibiliũ inimicoꝝ insi
dijs libera. et deuota tibi mente
deseruiat. Cõplenda

Subiectam tibi familiã dñe
intercedentibꝫ sanctis tuis ꝓpi-
ciatio celestis amplificet: ut p̃-
sentis vite periculis exuatur: et
ꝑpetuis donis firmetur. P d.

Pro benefactoribꝫ Introitus.
Dispersit dedit pauperibꝫ.

Deus qui post Oratio
baptismi sacramentũ se
cundã ablutionẽ peccatorũ ele-
mosinis indidisti. respice propi
cius sup famulos et famulas
tuas pro quorũ operibꝫ gratie
offerũtur. fac eos premio bea-
tos quos fecisti pietate deuo-
tos: ut recipiant ꝓ paruis ma-
gna. pro terrenis celestia. ꝓ tẽ-
poralibus p̃mia sempiterna.

Lectio ysaie prophete. xix.

In tempore illo referetur
tibi munus exercituũ do-
mino. ⁊ rex fortis dominabitur
In illa die erit altare dñi in me
dio terre. et cognoscetur domi-
nus ab egipto. et colent eũ in
hostijs et muneribus. et vota
vouent dño et soluent. ⁊ reuer
tentur ad dñm et sanabit eos.
In illa die erit benedictio simi
liter in medio terre: cui benedi-
xit dominus exercituũ dicens.
Benedictus populus meus. et
opus manuũ mearum heredi-
tas mea israhel. Dicit dñs omni
potens. Grad. Dispsit dedit pau
peribus iusticia eius manet.

Alla Te decet hymnus. Euāge. Sedens ihūs cōtra gazophila ciū require in cōmuni. cccxv. Offi. Dñe deus salutis. Secretū

Suscipe qs̄ domine ꝓpicius pro fidelibꝫ tuis munus oblatum. et quos fecisti deuotos per fac eos tibi ꝑ munus esse gratos. Com. Amen dico vobis.

Sumpsimus dñe Cōplenda tua sancta misteria tibi gratias referentes. quesumus immensam clementiā tuam: ut nobis proficiāt ad medelam et fidelibus tuis qui nobis largiti sūt elemosinas suas ꝑueniant simul et ad salutē mentis et corporis. P dn. Pro inimicis nr̄is

Deus pacis ca- Oratio ritatis amator ⁊ custos da om̄ibꝫ inimicis nostris pacem caritatēqꝫ pfectam. veramqꝫ cunctorū eis tribue remissionē peccatorꝝ. nosqꝫ ab eorꝝ insidijs potenter eripe. P dn. Secretū

Oblatis qs̄ domine placare muneribꝫ. et nos ab inimicis nostris clemēter eripe. et eis indulgentiā tribue delictorꝝ.

Hec nos cōmu- Cōplenda nio domine eruat a delictis. et ab inimicorꝝ defendat insidijs. Cōtra malos iudices Oratio.

Ecclesie tue quesumus domine preces placatus admitte. ut destructis aduersitatibus et erroribꝫ vniuersis secura tibi seruiat libertate. P.

Protege nos que- Secretū sumus dñe tuis misterijs seruientes: ut diuinis rebus et corpore tibi famulemur et mente.

Quesumus dñe Cōplenda deus noster: ut quos diuina tribuis pticipatione gaudere humanis nō sinas subiacere periculis. Pro demoniacis Ora

Deus qui per vnigenitum tuū exclusa dominacōne dyabolica populū fidelem adoptasti: expelle quesumus a famulo tuo dyabolice illusionis insidias. et eum illibatū ab impugnationibꝫ cōserua. P.

Munera nostre Secretū humilitatis pro tuicōne famuli tui N. oblata quesumus dñe dignanter assume. et ab eius oppressione omnē maligni spiritus potestatem exclude. P dn.

Celestis hic pa- Cōplenda nis quē sumpsimus domine. et nobis indulgentiā tribuat. et famulū tuum ab antiqui hostis illusione defendat. Per.

Contra paganos Oratio

Omnipotens sempiterne deus in cuius manu sunt omnes potestates et omnia regna. respice ꝓpicius in auxiliū xp̄ianorū: ut gentes qui in sua feritate cōfidunt dextera tue ꝓtectionis cōterantur. Secretū

Sacrificiū qs̄ dñe imolamꝰ

propicius intende. et pugna-
tores tuos a paganorū eruas
nequicia. et in tue propiciationis
securitate cōstituas. Per do.
Protector noster Cōplenda
aspice deus. et propugnatores
tuos ab omni paganorum defen-
de periculo: ut ab omnibus pertur-
bationibus erepti liberis tibi mē-
tibus seruiamus. Per dñm.

Pro peste animaliū Oratio

Deus qui laboribus homi-
nū de mutis animalibus
solacia subrogasti. supplices te
rogamus: ut sine quibus non
alitur humana cōditio nostris
facias vsibus nō perire. Secr.
Sacrificijs dñe placatus ob-
latis opem tu venturā nostris
necessitatibus clemēter impende.
Auerte quesu- Cōplenda
mus dñe a fidelibus tuis mise-
ratos cunctos errores. et seui-
entiū morborū depelle perniciem:
ut quos merito flagellas de-
uios foueas tua miseratione
correctos. De omnibus sanctis

A cunctis nos Oratio
domine mentis et corpo-
ris defende periculis. et interce-
dente gloriosa dei genitrice vir-
gine maria cū sanctis aposto-
lis tuis petro et paulo et bea-
tis martiribus tuis wenceslao
et stanislao pontifice glorioso
et omnibus sanctis salutē nobis
tribue benignus et pacem: ut de-
structis aduersitatibus et errori-
bus vniuersis ecclesia tua secu-
ra tibi seruiat libertate. Per.
Oblatis quesumus Secretū
dñe placare muneribus. et inter-
cedente beata dei genitrice vir-
gine maria cū sanctis tuis apo-
stolis petro et paulo et beatis
martiribus tuis wenceslao sta-
nislao pontifice glorioso et om-
nibus sanctis a cunctis nos de-
fende periculis. Per. Cōplenda
Mundet et muniat nos que-
sumus dñe diuini sacramenti
munus oblatū. et intercedente
gloriosa semper virgine dei geni-
trice maria cū beatis apostolis
tuis petro et paulo et beatis mar-
tiribus tuis wenceslao et sta-
nislao pontifice glorioso et om-
nibus sanctis a cūctis nos pe-
riculis reddat expiatos et ad-
uersitatibus expeditos. Per eūd.

Pro viuis et mortuis Oratio

Omnipotens sempiterne
deus qui viuorum domina-
ris simul et mortuorum omniumque
misereris quos tuos fide et ope-
re futuros esse pnoscis. te sup-
pliciter exoramus: ut pro qui-
bus preces effundere decreuimus
quosque uel presens seculum ad-
huc in carne retinet. uel futurū
iam exutos corpore suscepit pi-
etatis tue clementia omnium
delictorum suorum veniam. et
gaudia consequi mereantur.

eterna. Per dñm. Secretũ

Deus cui soli cognit⁹ est nu merus electoꝝ in superna felici tate locãdus: tribue quesum⁹: ut per hec sancta que agimus. vniuersos quosqꝫ in oratione͂ cõmendatos suscepim⁹. et om niũ fideliũ nomina beate p̄desti nacõnis liber ascripta retineat

Purificent nos Cõplenda quesumus omnipotẽs deus sa cramenta que sumpsimus: et presta: ut hoc tuũ sacramentũ nõ sit nobis reatus ad penam: sed intercessio salutaris ad ve niã. sit ablutio scelerũ. sit forti tudo fragiliũ. sit cõtra omnia mũdi pericula firmamentũ. sit viuoꝝ atqꝫ mortuorũ fidelium remissio omniũ delictoꝝ. Per.

Pro benefactoribus Oratio.

Pietate tua q̄s dñe no stroꝝ solue vincula pec catoꝝ. ut intercedẽte beata ma ria semp virgine cum omnibꝫ sanctis tuis dñicum apostolicũ et omne͂ ordine͂ ecclesiasticũ et regem cũ suis fidelibꝫ. et cunctũ populũ xp̄ianũ in omni sancti tate custodi. omnesqꝫ fraterni te affinitate familiaritate no bis iunctos et omnes xp̄ianos a vicijs purga. virtutibꝫ illu stra. pacem et salute͂ nobis tri bue. hostes visibiles et inuisibi les remoue. aeris te͂periem in dulge. fruges terre cõcede. car nalia desideria repelle. infirmis nostris sanitatem restitue. iter agentibus prosperitate͂ cõcede. inimicis nostris ac discordan tibus caritatem largire. incre dulos cõuerte. errãtes corrige. simoniacam heresim ⁊ omnes hereses et scismata in ecclesia sancta catholica destrue. et om nibus fidelibus viuis et defun ctis vitã pariter et requie͂ sem piternã concede. Secretũ

Deus qui singulari corporis tui hostia totius mundi delicta soluisti. hac oblatione placa tus. maculas scelerũ nostrorũ absterge. dominũ apostolicũ et cunctũ gradũ ecclesiasticũ. rege͂ nostrũ cum omnibus suis ab omni peccato et periculo defen de. salutem nobis aeris tempe riem fruges terre. pacemqꝫ tri bue. bona nob̄ facientibꝫ mer cedem impende. omnibꝫ fidelibꝫ viuis et defunctis premia eter na concede. Cõplenda

Sumpta quesumus dñe sa cramenta celestia crimina no stra detergant. dñm apostolicũ et cunctũ gradum ecclesiasticũ regem nostrũ cũ omnibꝫ fideli bus suis et populũ xp̄ianũ cu stodiant. aeris temperiem fru ges terre nobis obtineãt. om neqꝫ prauitate͂ ⁊ infirmitatem seu hosticã rabie͂ atqꝫ subitaneã morte͂ meritis b̄te marie semp

virginis et om̄i sanctorꝫ tuorꝫ a nobis procul repellant ⁊ omnibꝫ fidelibꝫ viuis et defunctis prosint ad veniā pro quorꝫ tibi sunt oblata salute. De lancea dn̄i missa. Et ista tenet̄ post dn̄icam Quasi modo geniti. Uel quando placet Introitus

Foderūt manus meas et pedes meos dinumerauerunt om̄ia ossa mea et sicut aqua effusus sum. ps Factū est cor meū sicut cera liquescens in medio ventris tui.

Deus qui pro sa Oratio lute mūdi passus es ⁊ de corde tuo aquā et sanguinē per lanceā militis emanare iussisti concede ꝓpicius: ut sacratissimi corporis tui venerā da pfessio peccatorꝫ nostrorꝫ sit plena remissio. Qui te. Lectio zacharie

Hec dicit dn̄s. pphete xij. et xiij. Effundam super domū dauid ⁊ sup habitatores ierusalē spiritū gratie et precum. Et aspicient ad me quem cōfixerūt. et plangent eū planctu: quasi sup vnigenitū. et dolebūt super eum: ut doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in ierusalem: sicut planctus ad remmon in campo magedon. Et planget terra familie et familie seorsum. Familie domus dauid seorsum. et mulieres eorum seorsum. Familie domus nathan seorsū. et mulieres eorum seorsum. Familie domus leui seorsum. et mulieres eorū seorsū. Om̄es familie relique et familie seorsū. ⁊ mulieres eorū seorsū. In illa die erit fons patens domui dauid ⁊ habitātibꝫ ierusalē in ablutionē peccatoris ⁊ mēstruate. Et dicetur ei. Quid sunt plage iste in medio manuū tuarum? Et dicet. His plagatus sū in domo eorum qui diligebāt me. Framea suscitare sup pastorē meū. ⁊ super virū coherentē michi. Dicit dn̄s exercituū. Percute pastorē et dispgentur oues gregis.

Alla v Angelus michael descendit de celo ⁊ apparebit cū gloriosis insignijs et laudibꝫ dn̄ice passionis.

Alla v Surrexit pastor Aliud bonus qui posuit animā suā ꝓ ouibus suis et ꝓ suo grege mori dignatus est. Prosa Hodierne festū lucis. Scd̄m iohannē xix.

In illo tēpore. Rogauerūt iudei pylatū ut frangerentur crura eorū et tollerentur. Uenerunt ergo milites. ⁊ primi quidē fregerūt crura: et alterius qui cū eo crucifixus est. Ad ihesū aūt cū venissent ut viderūt eū iam mortuū: non fregerūt eius crura. Sed vnus militū lancea latus eius aperuit ⁊ cōtinuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit.

et verum est testimonium eius Facta sūt enī hec ut scriptura impleretur. Os non cōminuetis ex eo. Et iterū alia scriptura dicit. videbūt in quē trāsfixerunt. Credo dicitur. Offr

Videbūt in quē transfixerūt cum mouerentur fundamēta terre sol obscuratur corpora sanctorū de monumentis resurgent ut crux cū gaudio gemmis clauorū p vniuersum mundum radiaret alleluia. Secretū

Sanctificet nos dñe deus noster hoc sanctū et immaculatū sacrificiū vespertinū qḋ vnigenitus filius tuus in cruce obtulit p salute mūdi oblationem nouā p quā totus mūdus cōtremuit et expauit. Prefatio Qui salutē humani generis. Cōm

Apprehende arma et scutū clauos et lanceā dñe et dic anime mee salus tua ego sum. Cōplenda

Dñe ihesu xpe qui temetipm in cruce holocaustū immaculatū deo patri et spontaneū obtulisti. qs: ut eiusdem sacrificij et oblatio venerāda indulgentiā nobis obtineat et gloriā sempiternā. Et famulum.

Nota hanc suprascriptā missam si aliquis tenere extra tēpus paschale voluerit tūc dicitur infrascriptū Grad.

Insurrexerunt in me viri iniqui absqꝫ misericordia quesierūt me occidere et nō pepcerūt in faciē meā spuerūt et lāceis suis vulnerauerūt me et cōcussa sunt ossa mea. ṽ Ego autē estimabā me tāquā mortuū sup terram et dederūt in escam meā fel. et in siti mea potauerunt me aceto.

Tractus subsequens dicit tempore septuagesimali et quadragesimali.

Dixerūt impij intra se nō recte cogitātes circūueniamus virū iustū quoniā cōtrarius est operibꝫ nostris, pmittit se scientiā habere dei filiū dei se nominat ⁊ gloriatur patrē se habere deū. ṽ Videamus si sermones illius veri sunt et si sit verus filius dei liberet illum de manibꝫ nostris morte turpissima cōdemnemus eum. ṽ Tanquā nugaces estimati sunt ab illo et abstinet se a vicijs nostris tanquā ab immūdicijs et prefert nouissima iustorū. In depositione defuncti alicuius mortui Introitus.

Si enim credimus qḋ ihesus mortuus est ⁊ resurrexit ita et deus eos qui dormierūt p ihesum adducet cū eo. ps Et sicut in adam omēs moriūtur ita et i xpo oēs viuificabūtur.

Deus indulgentiarū dñe. da anime famuli tui cuius anniuersariū depositionis diem cōmemoramꝰ refrigerij sedem quietis beatitudinem eterni luminis claritatem. Oratio Ad thessalonicenses. iiij.

Fratres. Nolumus vos ignorare de dormientibꝫ

ut nõ cõtristemini sicut et ceteri qui spem nõ habent. Si enim credim⁹ ꝙ ihesus mortuus est et resurrexit. ita et deus eos qui dormierũt ꝑ ihesũ adducet cum eo. Hoc enĩ vobis dicimus in verbo dñi. quia nos qui viuimus: qui residui sumus in aduentu dñi: nõ ꝓueniemus eos qui dormierũt. Quoniã ip̃e dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo. Et mortui qui in xp̃o sunt resurgẽt primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur simul rapiemur cũ illis in nubibꝫ obuiam xp̃o in aera. et sic semper cũ dño erimus. Itaqꝫ cõsolamini inuicem in verbis istis.

Grad. Si ambulem in medio umbre mortis nõ timebo mala quoniã tu mecũ es dñe. ỽ Virga tua ⁊ baculus tuus ipsa me cõsolata sũt.

Tractus Sicut ceruus desiderat. vel Cognouisti domie. require in vigilia pasche.

Scdm iohannem. xj.

In illo tp̃e. Dixit martha ad ihesũ. Dñe si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. sed et nũc scio: quia quecũqꝫ poposceris a deo. dabit tibi deus. Dicit illi ihesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei ihesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me etiã si mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit ⁊ credit in me: nõ morietur in eternũ. Credis hoc Ait illi. Utiqꝫ dñe. Ego credidi. quia tu es xp̄us filius dei viui qui in hũc mundũ venisti.

Offer. O pie deus qui primũ hominẽ ad eternã gloriã reuocasti. pastor bone qui ouem ꝑditam pio humero ad ouile reportasti. iuste iudex dum veneris iudicare libera de morte animas eorũ quas redemisti. ỽ Ne tradas bestijs animas cõfidentes tibi ne derelinquas eas in finem. ỽ Domine ihesu xp̃e iudex mortuorum vna spes mortaliũ qui moriens morientiũ cõdoluisti interitui ne intres in iudiciũ cũ fidelibus tuis. ne damnemur cum impijs in aduentu districti iudicij.

Secretũ

Propiciare dñe supplicationibus nostris ꝓ anima famuli tui cuius hodie annua dies agitur. pro qua tibi offerimus sacrificiũ laudis: ut eã sanctorum tuorũ cõsortio sociare digneris. P dñ.

Com. Animas de corpore quas ãssũpsisti dñe fac eas gaudere cũ sanctis tuis in gloria requiẽ eternã dona eis dñe.

Cõplenda

Inclina dñe precibus nostris aurem tue pietatis. ⁊ anime famuli tui remissionem tribue omniũ peccatoꝝ: ut vsqꝫ ad resurrectionis diem in lucis amenitate requiescat. P.

34

252

Incipit missa defunctorum.

Requiem eternam dona eis dñe et lux perpetua luceat eis. **ps** Te decet hymnus deus in syon et tibi reddetur votũ in iherusalem exaudi oratiõnẽ meã ad te omnis caro veniat. **Cõmemoratio animarũ quarũ dies tercius.**

Quesumus dñe **Oratio** animE famuli tui N. cuius obitus diem tercium septimũ tricesimũ cõmemoramus. sanctorũ atqȝ electorũ tuorũ largire digneris cõsortiũ. et rorem misericordie tue perhennem infundere. **Lectio ysaie prophete. lviij.**

Hec dicit dñs. Orietur in tenebris lux tua. et tenebre tue erũt sicut meridies. Et requiẽ tibi dabit dñs deus semper. et implebit splendoribȝ animã tuã. et ossa tua liberabit. Et eris quasi ortus irriguus. et sicut fons aquarũ cuius nõ deficiẽt aque. Os enĩ dñi locutũ est.

Requiem eternã dona **Grad.** eis dñe et lux ppetua luceat eis. **℣** Absolue dñe animas eorũ ab omni vinculo delictorum. **Tractus**

De profundis clamaui ad te dñe dñe exaudi vocẽ meã. **℣** Fiant aures tue intendentes in orationẽ serui tui. **℣** Si iniquitates obseruaueris dñe domine quis sustinebit **℣** Quia apud te propiciatio est et ppter legem tuam sustinui te dñe.

Secundum iohannem. v.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis et turbis iudeorũ. Sicut enim pater suscitat mortuos et viuificat. sic et filius quos vult viuificat Neqȝ enĩ pater iudicat quẽq̃ȝ. sed omne iudiciũ dedit filio: ut omnes honorificent filiũ. sicut honorificant patrẽ. Qui enim nõ honorificat filiũ: nõ honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis. quia qui verbũ meũ audit et credit ei qui misit me. habet vitã eternam. et in iudiciũ nõ venit: sed trãsit de morte ad vitã. **Offr.**

Domine ihesu xpe rex glorie libera animas omniũ fideliũ defunctorũ de manu inferni et de profundo lacu libera eas de ore leonis ne absorbeat eas thartarus ne cadant in obscura sed signifer sanctus michael represenent eas in lucem sanctã. Quã olim abrahe promisisti et semini eius. **℣** Hostias et preces tibi dñe offerimus tu suscipe pro animabȝ illis quarũ hodie memoriã agimus fac eas domine de morte transire ad vitam. **℣** Requiẽ eternã dona eis domine et lux ppetua luceat eis. **℣** Redemptor animarũ omniũ xpianorũ mitte archangelum sanctũ michaelem ut ille dignetur eas eripere de regionibus tenebrarũ et pducat eas in synum abrahe et in lucem sempiterna. Quã olim abrahe promisti. **Secretũ**

Adesto dñe supplicationibus

nostris et hanc oblationē quā tibi offerimus p anima famuli tui cuius obitus diem terciū septimū tricesimū cōmemoramus· placatus ac benign⁹ assume. Per. Com.

Quā deus deposcimus pietatem ut eis tribuere digneris lucidas ac quietas mansiones. Pro quorū memoria corpus xp̄i sumitur dona eis domine requiem sempiternā et lux perpetua luceat eis. Pro quorū memoria sanguis xp̄i sumitur dona eis domine requiē sempiternā. Aliud cōmune.

Amen dico vobis ve niet hora quādo mortui audiēt vocem filij dei et resurgent qui in monumentis sunt. Requiem eternā dona eis domine et lux ppetua luceat eis. Quādo mortui. Aliud cōmune

Lux eterna luceat eis dn̄e. Cū sanctis tuis in eternū quia pius es. Requiem eternam dona eis dn̄e et lux ppetua luceat eis. Cū sanctis tuis.

Omnipotēs sempiterne deus collocare dignare animā famuli tui cuius obitus p̄mū secūdū uel terciū depositionis diem celebramus in synu abrahe ysaac et iacob· ut cum dies agnicōnis tue aduenerit· inter sanctos ꝛ electos tuos eā resuscitari p̄cipias. Cōplenda. Feria tercia Ezechielis prophete xxxvij

In diebus illis. Facta est super me manus dn̄i· et eduxit me in spiritu domini· et dimisit me in medio campi qui erat plenus ossibus· et circumduxit me per ea in gyro. Erant autē multa valde super faciem campi· siccaq; vehementer. Et dixit ad me. Fili hominis putas ne viuāt ossa ista? Et dixi. Domine deus tu nosti. Et dixit ad me· Vaticinare de ossibus istis. Et dices eis. Ossa arida audite verbū domini. Hec dicit dominus deus ossibꝫ hijs. Ecce ego intromittam in vos spiritum et viuetis· ꝛ dabo sup vos neruos· et succrescere faciā sup vos carnes· et superextendā in vobis cutem. Et dabo vobis spiritum et viuetis.

Secundū iohannem· v·

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis ꝛ turbis iudeorum. Amen amen dico vobis quia venit hora et nūc est· quādo mortui audient vocem filij dei· et qui audierint viuēt. Sicut enim pater habet vitam in semetipso· sic et dedit filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudiciū facere· quia filius hominis est. Nolite mirari hoc· quia venit hora in qua omnes qui in monumētis sunt· audiēt vocem filij dei. Et procedent qui bona fecerūt in resurrectionem vite. Qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij.

Feria quarta Lectio libri Ma-
chabeorum. ij. machabeorum. xij.

In diebus illis. Vir for-
tissimus iudas collatio-
ne facta. duodecim milia drag-
mas argēti misit iherosolimā
offerri ea ibi pro peccatis mor-
tuorum. iuste et religiose de resur-
rectione cogitans. Nisi enī eos
qui ceciderant resurrecturos spe-
raret. superfluū et vanū videre-
tur orare pro mortuis. Sed quia
cōsiderabat quod hij qui cum pie-
tate dormitionē acceperāt. opti-
mā haberent repositam gratiā.
Sancta ergo et salubris est co-
gitatio pro defunctis exorare
ut a peccatis soluātur. Scdm
iohānē. vj.

In illo tempore. Di-
xit ihesus discipulis suis et tur-
bis iudeorū. Omne quod dat mi-
chi pater ad me veniet. et eum
qui venit ad me non eijciā fo-
ras. quia descendi de celo. nō ut
faciam voluntatē meā. sed vo-
luntatem eius qui misit me.
Hec est autem voluntas eius
qui misit me patris: ut omne quod
dedit michi non perdam ex eo.
sed ut resuscitem illud in nouis-
simo die. Hec est autē volūtas
patris mei qui misit me: ut om-
nis qui videt filium et credit in
eum. habeat vitam eternā. Et
ego resuscitabo eum in nouissi-
mo die. Feria quinta Ad co-
rinthios. j. corinthiorum. xv.

Fratres. Xpus resurrexit
ex mortuis primicie dor-
mientiū. Quoniā quidē per ho-
minem mors et per hominē re-
surrectio mortuorū. Et sicut in
adam omnes moriūtur. ita et
in xpo omnes viuificabuntur.
Unusquisque autē in suo ordi-
ne. Per ihesū xpm dominū no-
strum. Scdm iohannē. vj.

In illo tempore. Dixit ihe-
sus discipulis suis et tur-
bis iudeorum. Ego sum panis vi-
uus qui de celo descendi. Si quis
manducauerit ex hoc pane: vi-
uet in eternū. Et panis quem
ego dabo caro mea est pro mū-
di vita. Litigabant ergo iudei
adinuicem dicentes. Quomo-
do potest hic carnem suā vobis
dare ad manducandū? Amen
amen dico vobis. nisi mandu-
caueritis carnē filij hominis et
biberitis eius sanguinē: nō ha-
bebitis vitā in vobis. Qui mā-
ducat meā carnem et bibit meū
sanguinem. habet vitā eternā
Et ego resuscitabo eum in no-
uissimo die. Feria sexta Ad co-
rinthios. j. corinthiorum. xv.

Fratres. Ecce misteriū vo-
bis dico. Omnes quidē
resurgemus: sed nō omnes im-
mutabimur. In momento in
ictu oculi in nouissima tuba. Ca-
net enī tuba et mortui resurgēt
incorrupti: et nos immutabimur

Oportet enī corruptibile hoc induere incorruptionē· et mortale hoc induere inmortalitatem. Cū autē corruptū hoc induerit incorruptionē· et mortale hoc induerit immortalitatē· tūc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria Ubi ē mors victoria tua? Ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autē mortis peccatū est· virtus vero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam· per ihesum xp̄m dn̄m nostrum. Scd̄m iohannē· vj·

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis ⁊ turbis iudeorꝫ. Nolite murmurare inuicem· nemo potest venire ad me· nisi pater qui misit me traxerit eum· et ego resuscitabo eum in nouissimo die Scriptū est enī in prophetis. Et erūt docibiles dei. Omnis qui audiuit a patre et didicit venit ad me. non quia vidit patrē quisquā· nisi is qui est ex deo hic vidit patrem. Amen amen dico vobis Qui credit in me habet vitam eternam. Sabbato Lectio libri apocalipsis· xiiij·

In diebus illis. Audiui vocem de celo dicentem michi. Scribe beati mortui qui in dn̄o moriūtur. Amodo enī iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Opera enī illorū sequūtur illos. Scd̄m iohānē

In illo tēpore. Dixit ihesus discipulis suis et turbis iudeorū. Caro mea vere est cibus· require de corpore xp̄i. Pro patre et matre Oratio

Deus qui nobis patrem et matrē honorare p̄cepisti· miserere clementer animabꝫ omniū parentum nostrorꝫ· eorūqꝫ peccata dimitte· nosqꝫ eos in eterne claritatis gaudijs fac videre. Secr̄·

Suscipe sacrificiū dn̄e qd̄ tibi pro animabꝫ omniū parentū nostrorꝫ offertur· eisqꝫ gaudiū sempiternū et locū pacis et lucis tribue· nosqꝫ cū eis felicitati sanctorꝫ cōiunge. Cōplenda

Celestis pticipatio sacramēti· q̄s dn̄e aīabꝫ omniū parentum nostrorꝫ requiem et lucem obtineat ppetuam· nosqꝫ cū illis gratia tua coronet eterna. Pro fratribꝫ et sororibꝫ Orō·

Deus venie largitor ⁊ humane salutis amator· quesumus immensam clementiam tuā: ut nostre cōgregationis fratres sorores ꝓpinquos et benefactores qui ex hoc seculo trāsierūt· beata maria semper virgine intercedente cū omnibꝫ sanctis tuis ad ppetue beatitudis cōsortiū puenire cōcede.

Deus cuius misericordie nō est numerus· Secretū suscipe ꝓpicius preces humilitatis nr̄e

254

et animabꝫ fratrū suorū ꝓpinquorꝫ et benefactorꝫ quibus tui nominis dedisti cōfessionē. per hec sacramenta salutis nostre et beate marie semper virginis intercessione cūctorū remissionem tribue peccatorꝫ. Cōplen̄.

Deus vita viuentiū. spes morientiū. salus omniū in te sperantiū. presta ꝓpicius: ut anime nostre cōgregacōnis fratrū sororū ꝓpinquorꝫ ⁊ benefactorum a nostre mortalitatis tenebris absolute. beata maria semp virgine intercedente in ꝑpetua luce cū sanctis tuis letentur. Pro elemosina Oratio

Deus cuius misericordie nō est numerus. suscipe propicius p̄ces hūilitatis nostre. et animabꝫ q̄ nobis in oratonē cōmendate sunt et quarū vtimur elemosinis vel vsi sumus quibꝫ tui nominis dedisti confessionē. cūctorꝫ tribue remissionē peccatorꝫ. Secretū

Prosit quesumꝰ dn̄e hec sancta presentis sacrificij oblatio animabꝫ que nobis in orationem cōmendate sunt. et quarꝫ vtimur elemosinis: ut per nomen sanctū tuū a ꝑpetui ignis cruciatibꝫ erepte transire in requiem mereantur eternā.

Proficiat quesumus dn̄e ad indulgentiā animabus famulorꝫ famularūqꝫ Cōplenda tuarū pro quibꝫ tuā depcamur clementiā diuini celebratio sacramenti: ut per hec sancta que sumpsimus. a cōtagijs terrene cōuersationis emūdate. ad celestem mereātur ꝑuenire habitationē. Pro episcopo Ora

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum episcopum censeri fecisti. presta quesumus: ut quorū vicem ad horā gerebat in terris. eorū ꝑpetuo cōsortio letetur in celis. Per. Secretū

Offerimꝰ tibi dn̄e hostias placationis et laudis: ut perpetue misericordie largitate aīam famuli tui episcopi in cōgregacōne iustorū. in lucis eterne facias regione gaudere. Cōplen̄.

Quesumus omnipotēs deus: ut p hec sancta que sumpsimꝰ aīam famuli tui episcopi in cōgregatione iustorꝫ eterne beatitudinis iubeas esse cōsortē. P.

Pro sacerdote Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus anime famuli tui sacerdotis N. felicitatis eterne cōsortiū cui donasti sacri altaris tui cōsequi misterium.

Munera tibi dn̄e Secretū dicanda sanctifica. et hijs animam famuli tui p̄sbiteri N. ab omni labe humane cōdicōnis absolue. quia tu solus totius mūdi deleuisti peccata. Per.

Quesumus omnipotens deus: Complen.
ut anima famuli tui N. sacer-
dotis celestis glorie premia conse-
quatur: cui spiritualis gratie mu
nera contulisti. Pro famulo

Inclina domine au- Oratio
rem tuam ad preces nostras
quibus misericordiam tuam suppli-
citer deprecamur: ut animam famu
li tui N. quam de hoc seculo mi-
grare iussisti. in pacis ac lucis
regione constituas. et sanctorum
tuorum numero iubeas esse conson

Annue domine no- Secr. tem.
bis: ut anime famuli tui N. hec
prosit oblatio. quam immolan-
do etiam totius mundi tribuisti re-
laxare delicta. Qui. Complenda

Presta quesumus domine ut anima fa
muli tui N. hijs purgata sacri-
ficijs. indulgentiam pariter et re-
quiem capiat sempiternam.

Pro famula Oratio

Quesumus domine pro tua pie-
tate miserere anime famule tue N.
et a contagijs mortalitatis exu
tam. in eterne saluacionis par
tem restitue. Secretum

Hijs sacrificijs anima famu
le tue N. a peccatis omnibus exua
tur. sine quibus a culpa nemo li
ber extitit. quesumus domine: ut per hec
pie placationis officia perpetuam
misericordiam consequatur.

Inueniat que- Complenda
sumus domine anima famule tue
lucis eterne consortium. cuius per-
petue gratie consecuta est sacra-
mentum. Per christum dominum nostrum.

Pro consanguinitate Oratio

Omnipotens sempiterne
deus cui nunquam sine spe
misericordie supplicatur: propicia-
re animabus fidelium tuorum: ut qui
de hac vita in tui nominis con-
fessione decesserunt. sanctorum tuo
rum numero facias aggregari.

Propiciare domine Secretum
quesumus animabus fidelium tuorum pro qui-
bus tibi hostias placacionis of
ferimus. et quia in hac luce in
fide permanserunt catholica. in fu
tura vita eis pia retributio con
donetur. Complenda

Presta quesumus omnipotens deus
ut animas fidelium tuorum ab an-
gelis lucis susceptas in prepara
ta habitacula deduci facias bea
torum. Pro fundatoribus Oratio

Propiciare quesumus domine ani-
mabus fidelium tuorum et pre-
sta: ut qui de tuis donis in hoc
loco peruigili cura nomini tuo
quotidiana prepararunt obse
quia perpetua cum sanctis tuis per-
frui mereantur leticia. Secr.

Hanc ergo oblationem quesu
mus domine celesti benedictione pro
sequere et concede. ut eis ad sa-
lutem perueniant quorum in hoc
loco stipendijs nostra tibi serui
tus vegetata ministrat.

Concede quesu- Complenda
mus omnipotens deus. ut per-

cepta cōmunio singularis ani
mabus famulorꝫ fideliū tuorū
sit semp salutaris. sitq3 eis do-
mine ꝑpetuum remediū qui in
hoc seculo diuini seruicij tibi ꝓ
parauerūt obsequia. et nobis
famulis tuis temporale subsi-
dium.

Pro famulis et famulabus Oratio

Deus cui ꝓprium est misereri semp
et parcere. propiciare anima-
bus famulorꝫ famularūq3 tua
rum et omnia eorū peccata di-
mitte: ut mortis vinculis abso
luti trāsire mereātur ad vitā.

Secretū

Animas famulorꝫ
famularūq3 tuarū ab omnibꝫ
vicijs dn̄e et peccatis humane
cōditionis hec absoluat obla-
tio. que totius mūdi tulit im-
molata peccatū ihesus xp̄us fi
lius tuus dn̄s noster. Qui.

Cōplenda

Ascendant ad te
dn̄e p̄ces nostre. et anime famu
lorꝫ famularūq3 tuarꝫ gaudia
eterna suscipiant: ut quos fe-
cisti adoptionis ꝑticipes. iubeas
esse hereditatis cōsortes.

Pro sepultis in cimiterio oro.

Deus in cuius miseratio-
ne anime fideliū requie-
scūt. famulis et famulabꝫ tuis
omnibꝫ hic et vbiq3 in xp̄o qui
escentibus da propicius suorꝫ
veniā peccatorꝫ. ut a cūctis rea
tibus absoluti tecū sine fine le
tentur.

Secretū

Pro animabꝫ famulorꝫ tuo-
rum omniū hic et vbiq3 in xp̄o
quiescentiū hostiā dn̄e suscipe
benignus oblatā: ut hoc sacri-
ficio singulari vinculis horrē-
de mortis exute. vitā merean-
tur eternam. P.

Cōplenda

Deus fideliū lumen anima-
rum. adesto supplicationibꝫ no
stris. et da famulis ac famula
bus tuis quorū corpora hic et
vbiq3 in xp̄o quiescūt. refrige-
rij sedem. quietis beatitudinē.
eterni luminis claritatē. P. do.

Pro omnibus Oratio.

Fideliū deus omniū con-
ditor et redemptor. animabus
omniū fideliū defunctorꝫ remis-
sionē cūctorꝫ tribue peccatorū:
ut indulgentiā quā semp op-
tauerūt. pijs supplicationibus
cōsequātur. Qui viuis et reg.

Secretū

Hostias quesumꝰ
dn̄e quas tibi offerimus ꝓ ani
mabꝫ omniū fideliū defunctorū
ꝓpiciatus intende: ut quibꝫ fidei
xp̄iane meritū cōtulisti. dones
eternū premiū.

Cōplenda

Animabꝫ quesumus domine
omniū fideliū defunctorꝫ oratio
ꝓficiat supplicantiū: ut eas a
peccatis omnibꝫ exuas. et tue re
demptionis facias esse ꝑticipes
Qui cū deo patre et spiritu san
cto viuis et regnas deus.

Incipit missa de quinq3 vulne
ribus dn̄i nostri ihesu xp̄i.

Humiliauit semetipm dns
noster ihesus xps usqz ad
mortem mortẽ autẽ crucis
pter quod et exaltauit illũ et dona-
uit illi nomen qđ est sup omne no-
men. Ps Misericordias dñi in eter
num cantabo. Oratio

Domine ihesu xpe fili dei
uiui qui de celis ad terrã
descendisti de synu patris. et in
ligno crucis quinqz plagas su-
stinuisti. et sanguinẽ tuũ p̃cio-
sum in remissionẽ peccatoꝝ no
stroꝝ fudisti. te humiliter depre
camur: ut in die iudicij ad dexte
ram tuã audire mereamur di-
centẽ. venite benedicti patris
mei pcipite regnum. Qui cũ eo
dem patre et spiritu sancto.

Lectio zacharie prophete. xij.

Hec dicit dñs deus. Effun
dam sup domũ dauid et
sup habitantes iherusalẽ spiri
tum gratie et miserationis. et
aspicient ad me quẽ cõfixerũt.
Et plangent eũ planctu quasi
sup unigenitũ. et dolebũt eum
sicut dolere solent in morte pri
mogeniti. In illa die erit plan
ctus magnus in iherusalẽ. 7 di
cent ei. Que sunt plage iste in
medio manuũ tuarum. Et di-
cet. His plagatus sum in me-
dio eoꝝ qui diligebãt me. Fra
mea suscitare sup pastorẽ meũ
et sup virũ coherentem michi
dicit dñs exercituũ. Percutiam
pastorem et dispergentur oues
gregis. Dicit dñs omnipotẽs.

Improperiũ expectauit cor Gr
meũ 7 miseriã sustinui qui simul me
cum contristaretur et nõ fuit conso-
lantem me quesiui et nõ inueni. V
Et dederunt in escãm meã fel et in siti
mea potauerunt me aceto.

Alľa V Aue rex tu solus nostros
tollens miseros errores patri obedi-
ens ductus es ad crucem ut agnus
mansuetus ad occisionẽ tibi gloria
osanna tibi supreme laudis gesta-
tus coronã. Scdm iohannẽ. xix

In illo tẽpore. Sciens ihe
sus quia omnia cõsũma
ta sũt: ut cõsũmaretur scriptu-
ra dicit. Sitio. Uas ergo posi-
tum erat aceto plenũ. Illi autẽ
spongiã plenã ysopo circũpo-
nentes: obtulerũt ori eius. Cũ
ergo accepisset ihesus acetum
dixit. Cõsummatũ est. Et incli-
nato capite tradidit spiritum.
Iudei ergo qm parasceue erat
ut nõ remanerẽt in cruce corpa
sabbato. Erat eni magn9 dies
ille sabbati: rogauerũt pylatũ
ut frangerẽtur eoꝝ crura 7 tol
lerẽtur. Venerũt ergo milites:
et primi quidẽ fregerũt crura. 7
alterius qui crucifixus est cũ eo
Ad ihesũ autẽ cũ uenissent ut
viderũt eũ iã mortuũ: nõ fregerũt
ei9 crura: sed un9 militũ lã
cea latus eius aperuit: 7 ꝯtinuo
exiuit sãguis et aq̃. Et q̃ vidit

testimoniũ ꝑhibuit. Et scimus
quia verũ est testimoniũ eius.
Insurrexerũt in me viri Offr̃
iniqui absq; misericordia quesierũt
me interficere ⁊ lancea vulnerauerũt
me et cõcussa sunt omnia ossa mea.
Domine ihesu xp̄e Secretũ
qui ꝓ mũdi redemptione crucis
lignũ ascendisti: ut uniuersus
mũdus qui in tenebris erat il-
luminaretur. illã lucem in ani-
ma et corpore nostro semꝑ tri-
bue. per quã in eternã ꝑuenire
mereamur. P. Com̃.
Foderunt manus meas et pedes
meos dinumerauerũt oĩa ossa mea.
Dñe ihesu xp̄e Cõplenda
qui hora diei sexta ꝓ redempcõ-
ne mũdi crucis patibulũ ascen-
disti. ⁊ sanguinem p̄ciosum in
remissionem peccatorꝝ nostrorꝝ
fudisti. te humiliter dep̄camur.
ut post obitũ nostrũ paradisi
ianuas gaudiaq; introire me-
reamur P eundē. Alia oratio
de quinq; vulneribus
Omnipotens sempiterne
deus. qui humanũ genus in fi-
lij tui dñi nostri ihesu xp̄i quinq;
vulneribꝫ redemisti. presta sup-
plicibꝫ tuis: ut qui eadem quinq;
vulnera quotidie veneramur
ꝑ p̄ciosum eius sanguinē mor-
tem subitaneã et eternam eua-
dere mereamur. P eũ. Secretũ
Omnipotēs sempiterne deus
tibi hãc hostiã immolamus in
honore quinq; vulnerum filij
tui dñi nostri ihesu xp̄i suppli-
citer dep̄cantes: ut quos p̄cio-
so sanguine redemisti. hos a
subitanea et ꝑpetua morte libe-
rare digneris. Pe. Cõplenda
Sumptis sacramentis deus
oẽps in honore quinq; vulne-
rũ filij tui dñi nostri ihesu xp̄i
misericordiã tuã humiliter im-
ploramus: ut quos p̄cioso san-
guine filij tui redemisti digne-
ris a morte subitanea et a ꝑpe-
tua custodire. P eundem.
Marie ad niues Introitus
Rorate celi desuꝑ et nubes
pluãt iustũ aperiatur ter-
ra et germinet saluatorē.
Ps Celi enarrant gloria dei et opera
manuũ eius annũciat firmamentũ.
Omnipotens sempiterne
deus solēnitati genitri-
cis filij tui dñi nr̃i deuote assistē-
tibus. aurem tue pietatis incli-
na. et presta: ut cuius gloriosa
insignia debito celebramꝰ ho-
nore. eius meritis ⁊ p̄cibꝫ p̄sen-
tis vite spacio felici in tuo fa-
mulatu decursu eterne salutis
munere cõsolemur. Epistola
Ab inicio et ante secula crea.
Gr A summo celo egressio eius.
All'a v Saphiro mãsit pulcrior
virginis humilitas niueq; cãdidior
eius fuit castitas ergo spes humiliũ
amatrix castitatis festa colentes mi-
uiũ cõiũgito beatis all'a. Prosa

Sya sponsa xpi gaude corde vo
ce noua laude militans eccle-
sia. Et celestis ierarchie iocundan-
tur in hac die dulci cū symphonia.
Cetus orbis colletetur totus cho
rus gratuletur supernorū ciuium:
Genitricis illibate semp virginis
beate assistunt festa niuium. Que
nature cōtrarium ex augusto infini
tum fructū profert paruula. Ho-
mo deū stella solem nata patrem vir
go prolem antiquum iuuencula.
Nouum creat virgo virum dum
sol virginale gyrum in estate media
Lustrat magno cum feruore ni-
uem dedit cū algore miscuit cōtraria
Rorem agit in stuporē dum nix
datur preter morē incōsuetū patrie.
Quid pretēdit dū scitur statim tel
lus aperitur tu pro cultu latrie.
Huius templi de structura vidit
visione pura pontifex liberius. Ge
nitricem p̄cellentem nocte sibi collo-
quentem obedit celerius. Somno
vidit cū vxore matrem xpi cū fulgo-
re nobilis patricius. Laudā s tem
plum consūmari et a cūctis venerari
exequūtur citius. Templū pulcrū
erexerūt et idem consecrauerūt virgi-
nis sub titulo. Cui signa clarent
pura que sūt fiūt a natura eius am
miniculo. Quā p̄cemur corde pu-
ro ut nō latet in obscuro nostros tā
dem spiritus. Sed in regno clari-
tatis tum collocet cū beatis post p̄sen
tis gemitus Amen. Euāgelium
Liber generationis ihesu xpi.

Require in natiuitate ipsius.
Offr. Diffusa est gratia in labiis
tuis. ccxxv. Secretum
Clementissime pater maiesta-
ti tue hostias corpis et sangui
nis ihesu xpi filij tui dn̄i nostri
pro peccatis nostris offerentis
humiliter deprecamur. ut ma-
rie eiusdē filij tui genitricis. ad
hec expianda precibus adiuue
mur. cuius oratoriū hodierna
die in niuium descensu formali
ter expressisti. P eundem. Com
Dilexisti iusticiam z odisti. ccxxv.
Corpe et sanguine Compl.
ihesu xpi filij tui dn̄i nostri refe
cti quesumus omnipotens deus:
ut qui sancto in nobis operan-
te ad illius gaudia venire va-
leamus in celis cuius hodier-
na die oratoriū niuiū descensu
demonstrare voluisti in terris.
Per eundem xpm dn̄m nostrū.
Officiū quarte ferie in domini-
ca tercia post epiphaniam. Ad
Fratres. Si- romanos
cut p vnius delictū oēs
hoies in cōdemnationē mortis
sic p vnius iusticiā omnes ho-
mines in iustificationē vite. Si
cut eni per inobedientiā vnius
hominis peccatores constituti
sunt multi. Ita p vnius obedi
entiā iusti cōstituentur multi.
Lex eni subintrauit ut habun
daret delictū. vbi autem habū-
dauit delictum suphabūdauit

257

gratia· ut sicut peccatū regna-
uit in mortem·ita et gratia re-
gnauit per iusticiā in vitā eter-
nā. Per ihesū xp̄m dn̄m nostrū.
In illo tp̄e. Scd̄m lucam·
Factū est euntibus discipulis in
via dicit quidā ad ihesum. Se-
quar te quocūq; ieris. Et ait il
li ihesus. Vulpes foueas habēt
et volucres celi nidos. Filius
autē hominis nō habet vbi ca-
put suū reclinet. Ait autem ad
alterū. Sequere me. Jlle autē
dixit. Dn̄e·p̄mitte me primū ire
sepelire patrē meū. Dicit ei ihe-
sus. Sine ut mortui sepeliant
mortuos suos. Tu autē vade
et annūcia regnū dei. Et alter
ait. Sequar te dn̄e· sed primū
p̄mitte me renūciare hijs que
domi sunt. Ait ad illū ihesus.
Nemo mittens manū suā ad
aratrū et respiciēs retro aptus
est regno dei. Feria sexta Ad
Fratres. Si romanos·
